320 τῆς Ἥρας μὴ ἐχούσης φιλίως τῷ Ἡρακλεῖ. (320) Τοῦτο μὲν τὸ σάκος ὁ Ἡρακλῆς, ὁ ἰσχυρὸς υἱὸς τοῦ Διὸς ἔπαλλε καὶ ἐκίνει ἰσχυρῶς· ἐπὶ δὲ τοῦ ἱππικοῦ δίφρου ἀνέβη ὅμοιος ἀστραπῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Διὸς τοῦ φοροῦντος τὸ δέρμα τῆς Ἀμαλθείας αἰγός. (αὕτη γὰρ εὑροῦσα τὸν Δία εἰς τὰ ὄρη τῆς Κρήτης κείμενον, ὅτε ἦν βρέφος, θηλάζουσα ἤνδρωσεν αὐτόν· μετὰ ταῦτα οὖν βασιλεύσας πάντων ὁ Ζεὺς τῆς Ἀμαλθείας λοιμῷ [5]) φθαρείσης ἔλαβε τὸ δέρμα αὐτῆς καὶ καλλωπίσας αὐτὸ ἐν χρυσῷ ἐφόρει, ὁμοῦ μὲν διὰ τοῦ κάλλους τοῦ δέρματος καταπλήττων τοὺς βλέποντας αὐτόν· ὁμοῦ δὲ καὶ τιμὴν ἀπονέμων τῇ θρεψαμένῃ αὐτὸν Ἀμαλθείᾳ ἐκ τοῦ φορεῖν τὸ δέρμα αὐτῆς.) ἀνέβη δὲ εἰς τὰ ἅρμα ὁ Ἡρακλῆς

---

1) Haec vox alibi nusquam reperitur.

2) cod. ἀπελυσαν.

3) Quum vix credi possit, scholiastam tam perverse locum intelligere potuisse, ἀσπίδος scribendum esse censerem, ut legitur in Bav. gloss., nisi in Diaconi scholiis technilogicis idem legeretur.

4) cfr. Buttm. Lexil. II, 1, 170.

5) »Antea scriptum erat λιμῷ.« Koehl.

κοῦφα βιβὰς καὶ ἐπ᾽ ἀκροῖς ὄνυξι πατῶν. (325) Πλη- 325
σίον δὲ αὐτοῦ [1]) ἦλθεν ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ πρὸς αὐτοὺς
εἶπε· χαίρετε, ὦ γένος τοῦ Ἀυγγέος (ἢ ὅτι εἰσὶν ἐκ τοῦ
Ἄργους τοῦ κτισθέντος ὑπὸ τοῦ Ἀυγγέος [2]) ἢ ὅτι κα-
τάγονται ἐξ ἐκείνων. Ἀυγγεὺς γὰρ ἐγέννησε τὸν Ἄβαν-
τα [3]), ὁ δὲ Ἄβας τὸν Μέμνονα, ὁ δὲ Μέμνων τὸν Ἀκρί-
σιον, ὁ δὲ Ἀκρίσιος τὴν Δανάην, ἡ δὲ Δανάη τὸν
Περσέα, ὁ δὲ Περσεὺς τὸν Ἀλκαῖον, ὁ δὲ Ἀλκαῖος τὸν
Ἠλεκτρύωνα καὶ τὸν Ἀμφιτρύωνα, ὁ γοῦν Ἀμφιτρύων
ἐγέννησε τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Ἰφικλέα, ὁ δὲ Ἰφικλῆς
τὸν Ἰόλαον· καὶ οὕτως κατάγονται ὅ τε Ἡρακλῆς καὶ
ὁ Ἰόλαος ἐκ τοῦ Ἀυγγέος.) (330) Ὀπηνίκα τὸν Κύκνον 330
στερήσῃς γλυκείας αἰῶνος, τοῦτον ἔπειτα αὐτοῦ κατάλει-
ψον. (τὸ δὲ αἰῶνος θηλυκὸν λαμβάνεται ὧδε καὶ κλίνε-
ται ἡ αἰών, τῆς αἰῶνος.) σὺ δὲ τὸν Ἄρεα τὸν φονεύ-
οντα τοὺς βροτοὺς ἐπιτηρήσας εἰς τὰ νῶτα, ὅπου γυμνω-
θέντα σάκους τοῦ ποικίλου (335) ὑπίδῃς, ἐκεῖσε τρῶσον 335
αὐτὸν ἐν τῷ δόρατι. (τὸ δὲ σάκευς Αἰολικόν ἐστιν· ἐπεὶ
οἱ Αἰολεῖς οὕτω λέγουσι· τὸ σάκος τοῦ σάκεος καὶ σα-
κευς, τὸ βέλος τοῦ βέλεος καὶ βέλευς.) μετὰ τὸ τρῶσαι
δὲ τὸν Ἄρην εἰς τοὐπίσω ἀναχώρησον· ἐπεὶ οὐκ ἔστιν
εἱμαρμένον σοι παρὰ τῶν Αἰσῶν, οὔτε τοὺς ἵππους οὔτε
τὰ ἔνδοξα ὅπλα αὐτοῦ λαβεῖν· ἀλλὰ μᾶλλον εἱμαρμένον
ἐστί σοι τρῶσαι τὸν Ἄρεα. Οὕτως εἰποῦσα ἡ Ἀθηνᾶ,
ἡ ἐνδοξοτάτη τῶν θεῶν, εἰς τὸν δίφρον τοῦ Ἡρακλέος
ἔβη, ἔχουσα τὴν νίκην καὶ τὴν ἐκ τῆς νίκης δόξαν ἐν ταῖς
αὐτῆς χερσὶ ταῖς ἀθανάτοις. (340) Τότε δὲ ὁ Ἰόλαος 340
ὁ γνήσιος τῷ Διΐ, ὁ καταγόμενος ἐκ τοῦ Διὸς, κατα-
πληκτικόν τι ἐβόησε τοῖς ἵπποις· οὗτοι δὲ οἱ ἵπποι ὑπὸ
τῆς ἀπειλῆς τοῦ Ἰολάου φοβηθέντες εὐκόλως καὶ ταχυτά-
τως ἔφερον τὸ θοὸν ἅρμα, κονιορτὸν ποιοῦν [4]) διὰ τοῦ
πεδίου· ἐνῆκε γὰρ καὶ ἐνέβαλεν αὐτοῖς τοῖς ἵπποις δύνα-

---

1) Ita cod.

2) cod. *Αυγγέος*. Koehl. corrigit *Αυγκέος*. De Lynceo, Argorum conditore cfr. Odofr. Müller, Graecor. de Lynceis fab. p. 10.

3) cod. *Ἀράβαντα* et postea *Ἀράβας*. Ceterum Memno in hoc genere memorari non assolet, cfr. Apollodor. p. 127 ed. Heyne.

4) *ποιοῦν* ad *ἅρμα* trahendum. De equis dixerat poëta.

μιν ἡ γλαυκόφθαλμος Ἀθηνᾶ ἀναταράξασα τὴν αἰγίδα, ἣν ἐφόρει, καταπλήττουσα πάντας τοὺς βλέποντας αὐτήν. ὑπὸ τοῦ βάρους δὲ τῆς θεᾶς στόναχον καὶ ἦχον ἀπετέλε-
345 σεν ἡ γῆ. (345) Οὗτοι δὲ ὁ Κύκνος τε ὁ πολεμικὸς καὶ ὁ Ἄρης, ὁ μὴ ἔχων ποτὲ κόρον τῆς κραυγῆς τοῦ πολέμου, ὁμοῦ προσεγένοντο καὶ κατέλαβον τὴν ὁδὸν, δι' ἧς ἔμελλε διελθεῖν ὁ Ἡρακλῆς καὶ ὁ Ἰόλαος· ἦσαν δὲ ὅμοιοι πυρὶ ἢ συστροφῇ ἀνέμου σφοδρᾷ. (τούτοις δὲ ἀπείκασεν αὐτοὺς διὰ τὸ σφοδρὸν καὶ φοβερόν.) Τούτων δὲ ἀμφοτέρων οἱ ἵπποι ὄντες κατὰ πρόσωπον ἀλλήλων ἐχρεμέτισαν· περιάγνυτο δὲ καὶ ἐκέκλαστο καὶ ἔλιγεν ἡ ἠχὼ
350 αὐτῶν. Πρὸς τοῦτον πρότερον εἶπεν ὁ Ἡρακλῆς· (350) ὦ Κύκνε φίλε, τί δὴ τοὺς ταχίστους ἵππους ἡμῖν κωλύετε, ἀνδράσιν, οἵτινες ὑπάρχομεν ἔμπειροι πόνου καὶ κακοπαθείας; ἀλλὰ πάρεξ καὶ ἔξωθεν τῆς ὁδοῦ ἔχε καὶ ἔλαυνε τὸν σὸν δίφρον τὸν καλῶς κατεσκευασμένον καὶ τῆς ὁδοῦ ὑποχώρει ἔξωθεν, ὥστε ἰέναι καὶ ἀπελθεῖν ἐμὲ, ὅπου θέλω· εἰς τὴν Τραχῖνα δὲ γῆν παρελαύνω καὶ ἀπέρχομαι εἰς τὸν Κήυκα [1]) τὸν βασιλέα αὐτῆς. Οὗτος γὰρ ὁ Κήυξ προβέβηκε καὶ βασιλεύει τῆς Τραχῖνος ἐν δυνάμει τε καὶ τιμῇ. σὺ δὲ καλῶς γινώσκεις αὐτόν· τούτου γὰρ τὴν θυγατέρα τὴν Θεμιστονόην τὴν γλαυκόφθαλμον ἔχεις γυναῖκα. (οἱ δὲ γλαυκοὶ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ εὐμορφίας παραλαμβάνονται· οὗτοι γὰρ εὐμόρφους ποιοῦσι τὰς γυναῖκας τὰς ἐχούσας αὐτούς.) ὦ φίλε, οὐ μὲν γάρ σοι τὴν τελευτὴν τοῦ θανάτου ἀποδιώξει [2]) ὁ πατήρ σου ὁ Ἄρης, ἐὰν δὴ ἡμεῖς συνέλθωμεν, ὥστε πολεμεῖν. Ἤδη μέν τε αὐτὸν τὸν Ἄρεα λέγω καὶ ἄλλοτε πεῖραν λαβεῖν
360 (360) τοῦ κονταρίου τοῦ ἡμετέρου, ὅτε ἔστη ἐναντίος ἐμοῦ, μαχόμενος ὑπὲρ τῆς Πύλου τῆς ψαμμώδους, μενεαίνων καὶ προθυμίαν ἄμοτον [3]) καὶ ἀπλήρωτον ἔχων τοῦ πολέμου. Ἐκ τρίτου μὲν ὑπὸ τῷ ἐμῷ κονταρίῳ τρωθεὶς καὶ πλαγίως πεσὼν προσηκούμβισε [4]) τῇ γῇ, τρω-

---

1) cod. *Κήηκα*.

2) Ita cod.

3) cod. *ἄκοτον*.

4) Hanc vocem compositam Du Cangius non invenit; simplex *ἀκουμβίζω* frequentior, cfr. Suid. s. v. *ἀπηρείσατο*.

θέντος [1]) τοῦ σκουταρίου αὐτοῦ καὶ μὴ ἐάσαντος αὐτοῦ τρωθῆναι. κατὰ δὲ τὴν τετάρτην φορὰν ἔτρωσα [2]) τὸν μηρὸν αὐτοῦ, ἐν πάσῃ δυνάμει σπουδάζων· διέραξα δὲ καὶ ἔσχισα τὸ μέγα σάκος αὐτοῦ. (365) καὶ ἐν τῇ ὁρμῇ δὲ 365
τοῦ δόρατος ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν· ὅπου δὴ βεβλαμμένος ἐγένετο ἐκεῖνος, μόνος ἐν τοῖς θεοῖς ὑπὸ τῶν ἡμετέρων χειρῶν καταλείψας τὰ σκευάσματα βρότεια, ἃ ἐλάμβανε φονεύων ἐν τῷ πολέμῳ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ὑποχωρήσας ἐκ τῆς μάχης ἐν τῷ τρωθῆναι καιρίως παρ' ἐμοῦ. Οὕτως εἶπεν ὁ Ἡρακλῆς· οὐδ' ἄρα ἤθελεν ὁ Κύκνος ὁ ἔχων δόρυ ἀπὸ μελίας δένδρου κατεσκευασμένον κατέχειν ἔξω τῆς ὁδοῦ τοὺς ἵππους, πειθόμενος τῷ Ἡρακλεῖ. (370) Τότε δὴ ἀπὸ τῶν δίφρων ἐπήδησαν [3]) εἰς 370
τὴν γῆν ὁ παῖς τε τοῦ Διὸς ὁ Ἡρακλῆς καὶ ὁ Κύκνος ὁ υἱὸς τοῦ Ἄρεος τοῦ Ἐνυαλίου καὶ πολεμικοῦ· οἱ ἡνίοχοι δὲ αὐτῶν πλησίον αὐτῶν ἦλασαν τοὺς καλὰς ἔχοντας τρίχας ἵππους· ὑπὸ τῶν ἵππων δὲ ὡρμημένων κανάχιζε καὶ καναχὴν καὶ βοὴν ἐπετέλει ἡ πλατεῖα γῆ ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν πατουμένη. Καθώσπερ δὲ (375) δύο πέτραι ἀπο- 375
σπῶνται, ἡ μὲν μία ἐξ ἄλλου ὄρους κορυφῆς, ἡ δὲ ἑτέρα ἀπὸ ἄλλου ὄρους κορυφῆς κατερχόμεναι συναντήσουσιν ἀλλήλαις· πολλαὶ δὲ δρῦς ὑψηλαὶ, πολλαὶ δὲ πεῦκαι, αἰγειροί τε [4]) πλατείας ῥίζας ἔχοντες ῥηγνύονται ὑπ' αὐτῶν εὐκόλως κυλιομένων, ἕως παραγίνονται εἰς τὴν ὁμαλὴν γῆν· οὕτως καὶ οὗτοι ἔπεσον ἐπὶ ἀλλήλοις μέγα βοῶντες. (380) Πᾶσα δὲ [5]) ἡ πόλις τῶν Μυρμιδόνων, ἔνδοξός τε 380
Ἰωλκός· [6]) ἡ Ἄρνη τε καὶ ἡ Ἑλίκων [7]) καὶ ἡ Ἀνθεια ἡ βοτανώδης ὑπὸ τῇ φωνῇ ἀμφοτέρων μεγάλως ἐβόων. οἱ δὲ ἄνδρες οἱ κατοικοῦντες ἐν ταῖς εἰρημέναις πόλεσι, συνῆλθον ἐν τῷ θείῳ θορύβῳ τῷ γινομένῳ ὑπό τε τοῦ Ἡρακλέος καὶ τοῦ Κύκνου. μεγάλως δὲ ἐβρόντησεν ὁ βου-

1) cod. *πρωθέντος*.
2) cod. *ἔτρωσεν*.
3) cod. *ἐπήδησεν*.
4) *τε* deest in cod.
5) cod. *τὲ*.
6) Ita cod.
7) Ita cod.

FRIDERICI AUGUSTI WOLFII

AD SCUTUM HERCULIS EPYLLION HESIODO SUBDITUM ANIMADVERSIONES.

Vetus nomen aliquando mihi expediendum esse video, ex parte saltem. Nam quum anno 1784 adolescens Theogoniam Hesiodeam in auditorii usum ederem, iam tum tacitus mecum omnium huic poetae attributorum operum editionem cogitabam. Eram autem illo tempore et a propria facultate et a necessariis rei bene gerendae praesidiis adeo imparatus, ut ne uni quidem consilio quod pro tali carmine satis angustum sequebar, grammatico et critico, nedum ut lectoribus eruditis et mythorum simul origines anquirentibus satisfacere possem. Quod quum eventurum praevidissem, feci quod potui tiro; sed perplexam illam multisque modis impeditam doctrinam lectionibus de mythologia habendis reservare malui, quam cruda novae sapientiae rudimenta in vulgus efferre. Neque posthac istius me poenituit verecundiae. Adhuc enim multum legendo serutandoque potius addiscere mihi contigit, quid de magna mythorum parte pravo acumine disputatum, quam quid probabile aut verum et priscorum Graecorum ingeniis unice congruum habendum esset. Quanto igitur insperatior, tanto iucundior mihi publicati studii fructus constitit, quod primum meum critices epicae tentamen respicere dignatus est unus paucorum, qui aliquot ante annis principes ad eundem poetam doctius tractandum facem praetulerunt, Dav. Ruhnkenius. Nam candidissimus hic iudex ex eo mihi nascentis laudis

fautor conciliatus, tum per litteras eximia quaedam benivolentiae documenta dedit, tum postea Leidae salutanti coramque colloquenti auctor fuit, ut reliquis quoque carminibus et fragmentis, quae etiam senex Hesiodo tribuere non dubitabat, similem aut maiorem diligentiam adhiberem; idemque denique ex adversariis suis mecum communicavit nonnulla, brevissime quidem notata, sed praeclara et utilia ad fragmentorum maxime iustiorem collectionem.

Iam illo ex tempore per amicos in exteris terris curiose circumspicere coepi copias paullo maiores, quibus Hesiodea si non ad pristinam formam revocari, id quod sperare ab initio nefas putaram, certe molestis posteriorum maculis purgari possent. Nec defuit mihi libraria fortuna, quippe ex Italicis bibliothecis varia subsidia per Lud. Lanzium et Io. Phil. Siebenkeesium aliaque aliunde nacto, ultimum eos apparatus, quos Io. B. Kochlerus a. 1765 Parisiis et Monachii ad promissae editionis usum collegerat [1]). Verum haec omnis silvula variantium lectionum et glossarum et scholiorum acrius lustrata ita intra famam et exspectationem substitit, ut ea inspicere saepe me pigeret taederetque: quum quisquis opes Homericae recensioni hodie paratas in numerato haberet, facile sibi videretur vel diurna mercede conductus talia pleraque suopte ingenio comminisci aut amissa reparare posse. Quod, quamvis dictu ridiculum, accredent mihi haud dubie, qui Ἔργα καὶ Ἡμέρας ab illo Lanzio ex quinquaginta codicibus recensita cum vulgato textu contulerint. Ea autem frustratio primo non nimis cupidum edendi aliquamdiu retardavit, mox plurium

1) Notum est illius programma de nova Hesiodi editione a se curanda, 1766 Kiliae editum, quo magnam egregiae editionis spem factam aequales praedicabant. Ad irritum ea spes cecidit, etiam ante mortem viri eruditissimi, qui otium suum in nimium disparibus studiis absumebat. Sed illis annis multa viri reique mentio, ut ap. Schneiderum in Pind. fragm. p. 91, ed. noviss. p. 150.

doctorum eundem laborem aemulantium indicta certamina, ne in incepto permanerem, prope deterruerunt. Nam ut libri antiquitatis, boni, mali, subinde prodeant emendatiores, id plurimum refert; nihil refert, per te, an alios res fiat. Neque ego haec scribo, ut nunc demum novae Hesiodi editioni praeludam: illud solum mihi propositum est, ut in scuto Herculis tamquam illustri aliquo specimine ad vetustissimarum Homeri partium leges exigendo ostendam, quantum paucorum saeculorum decursu ab antiquo vigore suo defecerit heroica poesis, donec ea sub ortum legitimae prosae in inanissimos tinnitus abiit vocum et loquutionum epicarum. Statim hic eloquor, quid mihi velim et cui aetati carmen assignandum arbitrer, ne quis deinde miretur eorum, qui Homerum et Hesiodum adhuc domi integros servant. Et his quidem nihil me allaturum spero, quod veteres avias ipsis de pulmone revellat; erunt contra, quibus parum afferam novi, quod non dudum a Ios. Scaligero et Tan. Fabro [2]) et minoribus discere potuerint: sed supererunt fortasse medii quidam animique dubii lectores, qui ex iis, quae afferam, melius, quam ex aridis praeceptis de hoc genere iudicare discent, nec de Hesiodeis solum, sed etiam de Iliadis et Odysseae diasceuasticis partibus totisque rhapso-

2) Scaligeri iudicium ex Epist. ad Salmas. n. 247 iam Io. A. Fabricius attulit B. G. I, p. 375 ed. noviss. p. 577, nihil ipse decernens. Nobis mox ad illud erit redeundum. At lapsu describentis calami verba Fabri pervertit. Sic enim legitur in laudatis eius Notis ad Apollod. p. 274. »Qui Hesiodi esse putant τὴν Ἀσπίδα, nae illi poesin Graecam haud satis norunt.« Scribere voluit antiquiorem poesin, sed scripsit esse putant: contra Fabricius non esse. Negatione addita alium cognoscimus Fabrum a. 1661, quo Notas illas edidit, alium a. 1664, quo breves Vitas poetarum Graecorum Gallice scripsit. Ibi sic est p. 9, ed. noviss. p. 18. »On trouve encore un assez grand poeme intitulé le Bouclier, que l' on dit avoir esté fait par Hesiode; mais cet ouvrage n'est pas de luy et je ne dis rien là dessus, que les plus fins de l' Antiquité n'ayent bien reconnu.« Ceterum his duobus Fabricius adiunxit Io. G. Vossium, longe eruditissimum virum, sed quem in eo numero non exspectaram; neque mihi huiusmodi quicquam in eius scriptis repertum est.

diis, quae mihi proximis ante Solonem saeculis compositae videbantur.

Nempe maiora alias auso et virorum aliquot acutissimorum assensus et longior usus hanc confidentiam attulit. Itaque secundum ea, quae in Prolegomenis ad Homerum de Hesiodo nostro in universum monui [3]), amplioraque illa, quae deinceps ab Eichstaedtio [4]), Schlegelio [5]), Heinrichio [6]), Thierschio [7]), aliis [8]) in eandem sententiam disputata sunt, plane libereque profiteor, mihi in isto poematio nunquam quicquam coloris vere Hesiodei suboluisse. Ac mihi ne priores quidem 56 versus, quibus ut singulari fragmento Catalogi heroidum nonnulli pepercerunt, a reliquis seiungendi videntur aut minus severa digni censura. Qua in re non aliter sentimus, quam recentiores illos et veterum plures sensisse legimus. Nam si in prima Graecae critices aetate carmen illud ab Hesiodo abiudicatum reperimus, non particula quaedam, sed universum intelligendum est, quale fere nunc in manibus habemus. De carmine enim, quod sine hoc principio (Ἠ οἵη) nullum esset, aperte loquuntur scriptores, qui post Alexandrinum aevum auctoritatem eius addubitant. Constat autem hodie, ad illius aevi criticos retrahendas esse plerasque dubitationes vel suspiciones eo ex genere, ex quo no-

---

3) p. XLII, CLVII, alibi, ut ad Theogoniam p. 49 ss. et pluribus eius locis, sed submissius tum pro tempore.

4) *Kurzgef. Handwörterbuch über die schönen Künste. T.* II. (1795) p. 588 sqq.

5) *Geschichte d. Poesie d. Griechen, T.* I. (1798) p. 187 al. Frid. Schlegelio nemo contemptius de hoc seuto loquutus est, nec tamen, si summam spectes, iniuria.

6) Prolegg. in sc. Herc. in eius edit. 1802, ubi quod eximium virum offendit p. LXIII, ad id infra respondebo.

7) *Ueber die Gedichte d. Hes. in Denkschrr. d. K. Akademie d. Wiss. zu München* 1813.

8) Ut Boettiger. Museo p. 331 — et Harles. in Epimetro ad Fabric. bibl. T. I, p. 578 ss. mirabili exemplo liturariae scripturae, non litterariae.

tissima haec est in eleganti libro de sublim. orat. IX, 5. » εἴγε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον: « quibus verbis etiam postremorum saeculorum rumusculi resonant in scholiis ad Dionysii Thrac. Gramm. ap. Villoison. Anecdd. Gr. p. 174, aut Bekk. p. 672 magisque confusi in alius scholiastae panniculo, qui ex principe Aldi exemplo repetitus a multis, uni quoque nostrorum codicum adhaeret. Confusum quod dico et ex fonte turbido turbate derivatum scholion hoc est: Τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' Καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ σ'. ὑπώπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης, οὐχ ὁ κωμικὸς, ἀλλά τις ἕτερος γραμματικός, ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν Ὁμηρικὴν ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου. Ex primis his verbis, si ea nobis sola servata essent, probato Sam. Petiti acumine, (ν' καὶ σ') sane colligendum putes, critici iudicium ad ipsam certaminis et clipei descriptionem inde a v. 57, non simul ad priores versus referendum esse. Sed istis absurdis [9]) quum lumen fenerent superiora aliorum loca, quis semel monitus talem testem illis praeferat clare testantibus? Duo tamen hac notatione docemur, unum quod absque ea nesciremus, Catalogo illi et quarto quidem volumini eius, ταῖς μεγάλαις Ἠοίαις, nostrum hoc carmen olim quoquo modo connexum fuisse, aut sic primitus scriptum, ut maiori operi continuaretur; alterum, quod aliunde coniici licebat, allatae sententiae primarium auctorem fuisse Aristophanem Byzantium i. e. eundem, qui Quintil. I, 1, 15 teste etiam alium veterem librum Ὑποθηκῶν Hesiodi esse primus negavit. Quo ex loco rhetoris Latini, ut modo dixi, coniici licebat, eandem critici censuram Hesiodi auctoritatem aliis quoque carminibus detraxisse, in

9) Pererruditum scholion appellat Ruhnken. ad Hermesian. Eleg. 25. Vere, ut nostris temporibus post tantam eruditiorum rerum iacturam Atque omnino eadem interdum erudita sunt et absurda; nec Latine hoc vocabulum in convicio ponitur.

quibus fraudem odorari difficilius esset, quam in istis *Χείρωνος Ὑποθήκαις*, ubi Centaurus de scriptoria arte ad alumnum suum praeceperat. Quocirca ab hoc Aristophane non tantum Scutum nostrum idque totum, sed etiam universum *Κατάλογον γυναικῶν* inter subditicia numeratum fuisse, mihi et olim in Prolegg. p. CCXIX verisimile videbatur, nec postea secus visum est, partim Catalogi satis multa fragmenta percensenti, partim propter Aeliani locum, V. H. XII, 36, quo Fabricium nunc video in eam sententiam deductum esse [10]). Nimirum ad totum opus *Καταλόγου* s. *Καταλόγων*, quod si Suidae credimus, in quinque libros divisum erat [11]), minime ad hoc Scutum pertinet Aeliani dubitatio: *εἰ μὴ ἄρα οὖν εἰσιν Ἡσιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ' ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα κατέψευσται αὐτοῦ.* Quin longius hinc progressus contendere ausis, eodem spectare hunc Aeliani locum, quo tritum Pausaniae illum IX, 31, 5 de unico carmine *Ἔργων* ad Hesiodum referendo, atque adeo utriusque huius et plurium aliorum scriptorum similes animadversiones de Hesiodeis falsi nominis suspectis omnes ex Byzantii grammatici commentariis ductas esse. Et hactenus nihil posuisse videor, quod non aut testimonii fidem aut historicae probabilitatis speciem habeat. Neque obscuris scriptorum locis usus sum in his omnibus; modo aliter sum usus, ac docti viri, quos supra nominavi. Quamquam veri partem et illi viderunt et aliquanto ante Groddeckius, de *Ἠοίαις* erudite commentatus; quem eo magis miror nuper hoc scutum sic laudare potuisse, ut id pul-

---

10) Adde hic etiam Scaligerum l. l.: — quisquis fuit auctor *τῶν Ἠοιῶν καὶ τῆς Ἀσπίδος*, quam praepostero iudicio criticorum natio Ascraeo illi tribuit.

11) Dubitanter loquor de fide Suidae, praesertim Suidae unius et tali in re. Grande enim opus fuisse, fragmentorum varietas arguit. Neque aliunde quam ex magnitudine voluminis quartam partem *τὰς μεγάλας Ἠοίας* hoc nomen suum accepisse putem, quod a nemine explicatum memini.

cherrimum et ad Homerici clypei praestantiam proxime accedere iudicaret [12]).

Annon vero ipse praepostere ago, quod a praeiudicio ordior, causa nondum cognita? Immo ad huiusmodi causam cognoscendam primum iudiciis opus est externis, inter quae maximo momento aestimatur quaesisse, num qui veterum, quibus iudicandi facultatem et sua et postera aetas tribuisset, librum in *νοθείας* suspicionem adduxerint, an forte ii, qui ab illis dissenserint, aliquo putandi sint numero. Iam si quis quaerat, qui ab illo Aristophanis iudicio discesserint, balbutiens iste magister in altera scholii parte tria nomina posuit: *Μεγακλῆς δὲ ὁ Ἀθηναῖος γνήσιον μὲν οἶδε τὸ ποίημα, ἄλλως δὲ ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ· ἄλογον γάρ φησι ποιεῖν Ἥφαιστον τοῖς τῆς μητρὸς ἐχθροῖς ὅπλα παρέχοντα. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶ αὐτοῦ εἶναι, ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ Καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ, ὡσαύτως δὲ καὶ Στησίχορός φησιν Ἡσιόδου εἶναι τὸ ποίημα.* In his praeter ineptas ratiunculas duo auctores afferuntur, qui nobis *κωφὰ πρόσωπα* sunt: unus nos advertit Stesichorus, melicus poeta perantiquus; illi enim cognominem quis ullum novit alium scriptorem? At si forte, ut Homeri ipsiusque Hesiodi Pindarus, ita ille Hesiodi et huius quidem carminis nominatim meminerit, v. c. in carmine *ἐπιγραφομένῳ Κύκνῳ*, (Schol. Pind. Ol. X, 19.) quid inde aliud discas, quam vulgarem istorum temporum persuasionem? numne graviorem, quam quae *Χείρωνος Ὑποθήκας* et *Καταλόγους* et plura Hesiodo subdiderat? sicut Homero plurima, in quibus discernendis iam Herodotus, ut putatur [13]), totque alii Graecorum posthac

12) In Hist. Graecarum litt. elementis (1811), libro utili et ad academicum usum perquam accommodato, p. 45. Antea (a. 1787) in *Goett. Bibliothek d. alten Litt. u. K.* II, p. 79.

13) II, 117. IV, 32. Tantum enim abest, ut doctiss. Schweighäusero assentiar, coniecturam meam de hoc loco improbanti, ut

crisin suam exercuerunt. Quae profecto nulla unquam extitisset, nisi multi libri multis de causis ementitos titulos accepissent. Huc accedit, quod in laudandis scriptis plerique cum vulgo loqui et tralaticia nomina afferre solent, etiam ii, qui diversa ipsi iudicia sequuntur: ex quo fit, ut *Ἡσιόδου Ἀσπίδα* ibi quoque usurpent, ubi eius poetae nomen perperam praescribi subnotant. Haec igitur consuetudo obstat, quominus quis nobis Apollodori, Strabonis, Athenaei, Pausaniae, Eustathii et infimae aetatis Grammaticorum auctoritates obiicere cupiat. Ita Athenaeus IV, p. 180 nostri carminis versum 205 afferens, eius auctorem edit Hesiodum; itemque facit X, p. 428, ubi quatuor versus *Ἠοίων* apponit: sed idem VIII, p. 364 *τὰς εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένας μεγάλας Ἠοίας* appellat, loquendi modo de suppositiciis libris usitato [14]). Similiter Pausanias post duo loca, 1, 3 et 43, quibus Catalogi auctorem simpliciter nominat Hesiodum, isti famae non plus habet fidei, quam quisquam Grammaticorum, quibus, sicut Aeliano, carmina illa dicuntur *Ἡσιόδου ἐπιγραφόμενα* vel *κατεψευσμένα, εἰς Ἡσίοδον ἀνατιθέμενα* vel *ἀναφερόμενα*. Et *Ἠοίας* quidem, Catalogi partem, saepius Pausanias caute memorat sine nomine, semel tamen et iterum IX, 36, 4: 40, 3 *τὸν τὰς μεγάλας Ἠοίας ποιήσαντα ἢ συνθέντα*. Iam ex antiquioribus prope unus restat Apollodorus

---

nunc etiam priorem et longiorem locum interpolatum putem, qualia plura apud Herodotum, ab Intpp. nondum observata.

14) Retulit huc aliquis eorum, qui de Hesiodo scitissime scripsit, Athenaei locum XIII, 57, p. 590, velut plurium Catalogi auctorum idoneum testem in verbis *κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις*. Melior Grammaticus est is, qui sic erravit, quam ut ab alio docendus sit, *ποιουμένους* duabus de causis Graece dici non posse auctores et ex praegressis sermonibus ipse facile alludentis iocum reperiet. Alia ab eodem festinantius ibi prolata arguere nolo, nisi haec cum consilio nostro coniuncta: quod *Ἔργ.* v. 11. *Οὐκ ἄρα* — ab initio carminis poni non potuisse putat; quod *ὥστε* sic dictum, ut ibidem v. 44 legitur, ab Homerico usu prorsus alienum videtur; quod ap. Pausan. IX, 31, 4 ex verbis *Κατάλογον γυναικῶν καὶ Ἠοίας* omnino diversa carmina haec fuisse docet — etsi nihil necesse est mutare ibi, *ἃς καὶ μ. ἐ. Ἠοίας*.

cum Strabone. Sed prioris locum II, 4, 2, ubi ex Hesiodi Scuto v. 223 citatur, recte summovit Heynius; at quae fabulae in eiusdem libelli aliis locis sub nudo Hesiodi nomine afferuntur, plerasque omnes ex Catalogo depromptas esse, non incertior illius interpretis coniectura est p. 986. Possem autem hic monere, quod multis fortasse novum esset, Bibliothecam mythicam hodie minime exstare integram, sed a posterioris temporis Grammatico quodam, nonnusquam male Graeco, factam epitomen; sed nihil opus est ea digressione, quum superiora satis demonstrent, toties in eo libro adscriptum Hesiodi nomen nihil nobis de vero operis auctore persuadere velle. Eademque ratio est Strabonis, duodecim locis Hesiodum laudantis, semel (I, p. 113 Siebenk. p. 54 Coray) nominatim ex Catalogo, alias carmine non nominato, semel etiam (VIII, p. 295 = 141) ut videtur, ex v. 381 Scuti nostri [15]). Itaque multo minus tribuendum erit Grammatico Paris. MS., qui Hieronymum et Ephaphroditum, Romae sub principibus scribentes, carminis huius interpretes citavit, *ἐν ὑπομνήματι Ἀσπίδος Ἡσιόδου* [16]). Immo hi omnes etiamsi vulgi credulitatem improbabant, sic scribere suo iure poterant brevitatis caussa; id quod plerumque facere videmus scholiastas, quum ex illo thesauro veteres fabulas afferunt. Plerumque ab istis laudatur *Ἡσιόδος ἐν Καταλόγῳ, ἐν Ἠοίαις* cett. [17]).

Explicatius persequuti sumus nostrae sententiae

---

15) Nisi quis statuat, ibi ad alium Catalogi locum respici, quod opus a Strabone omnibus locis significatum opinor.

16) Vid. Küst. ad Suid. v. *ἀλκαία*.

17) Partim a deperditis, ut ab Herodiano ap. Eustath. ad Odyss. p. 1746, 9, a., Porphyrio in Schol. Ven. ad ξ, III, 200. p. 337, partim ab editis, ut Eustathio, qui quoties Hesiodeum aliquid affert, Hesiodi nomine utitur, ut de Scuto ad Il. 1160, ad Odyss. p. 1480; tum Schol. Aristoph. Ran. v. 994 K., ubi Hesiodi hoc ipsum Scutum citatur. Schol. Soph. Antig. 1180 Br. ubi versus 83, Schol. Pindari, aliquoties Hesiodi Catalogum citante, semel inter *τὰ εἰς Ἡσ. ἀναφερόμενα* Pyth. III, 14 etc. Nam Tzetzis et similibus nihil non genuinum est.

vetustatem, ut vel caeci priscorum nominum miratores videant, acutioribus olim plerisque nec parvam hanc *Ἠοίην*, neque istas magnas, neque universum Catalogum mulierum pro Hesiodeis habita, sed potius ignoto alicui pluribusve priorum (clarorum) Epicorum imitatoribus tributa fuisse. Cuius iudicii constantia nullo pacto potuisset ad infima (extrema) saecula propagari, nisi magni nominis criticus intentiore sua demonstratione praeisset. Ea autem res graviter exercuit Alexandrinos, quando cum falsis libri inscriptionibus (centuriatim) in bibliothecam illati neque in indices recte referri, neque eorum utilitas iudicari sine tali censura poterat. Inde quum subtiliora studia critica effloruissent, non nimis operosum fuit, opinor, vigente adhuc lingua in iis certe carminibus, quae antiquitus nondum in sacrum corpus concreverant, crassiora vel tenuiora fila poeticae texturae discernere; in quo negotio ipsis comportatis libris assidentem haud dubie etiam adiuverunt quaedam res circumstantes, quarum nulla ad nostram pervenit memoriam. Sic paullatim clara nomina adempta (detracta) sunt multis *ψευδεπιγράφοις*, ut apud Aegimium fortasse, aliis contra iam tum *ἀνωνύμοις* nemini veros auctores investigare licuit. Et quantum enim numerum tum fuisse putabimus unius generis carminum epicorum, siquidem hodieque ad XXX in nostris antiquitatis reliquiis (ap. scriptores nostros) obiter memorata numeramus, quorum nonnulla iam sub exitum secundi saeculi (Pausaniae tempore) ut Hegesinoi, ut Chersi, IX, 29, 1; 38, 4, in deperditis habebantur.

Ac talia quidem vetusta esse, sub primis Ptolemaeis haud dubium erat: (recte distinguebant inter *Ἡσίοδον* et *ἀρχαῖα*, ut Athen. 2, p. 49), quippe maxima ex parte hic proventus litterarius fuerat saecc. a Chr. n. VIII et VII illorum, quae post tantam iacturam tam vacua nominibus et titulis facta sunt. Saepe hic nobiscum cogitavimus, qualis no-

stra crisis antiquiorum carminum futura fuisset, si illa partim saeculo V adhuc lecta nobis non invidisset fortuna. Nunc enim tot deperditis monumentis plurimae res obscuratae sunt, quibus nunquam ne divinissimus quidem coniector eam lucem reddere poterit, quae errorum tenebras dispellat.

Omnino maligna materies in hoc litterarum genere videtur esse Hesiodus; et cuivis eam tractanti saepe animum subeat illud ex Epigrammate: *Ἔργα σύ μοι παρέχεις, ὦ γέρον Ἡσίοδε.* Omitto incertam eius patriam, aetatem et vitae conditionem memorare, res nihilo minus dubias nobis, quam fuerunt veteribus: de carminibus si quaerimus, prope constanti voce doctiorum inter veteres ad unius, ut Velleius ait, operis auctoritatem revocamur, *Ἔργων καὶ Ἡμερῶν.* At ne huius quidem tantuli et talis, quale nunc legimus carminis, si modo Boeotiis et assiduo veterum carminum lectori eruditoque iudici Pausaniae credimus, apud quem tamen nondum quisquam quaesivit, quae *ἐπεδιεσκευασμένα* dicantur *τὰ ἐπὶ Ἔ. τε καὶ Ἡ.* Ipsum autem carmen cum cura perlectum, paucis particulis exceptis vix cuiquam dissimilem faciem ostendit ab ista farragine sententiarum, quam Theognidis poemate patres nostri una cum puerili libello de pueris educandis et Isocrate in scholis patienter legebant. Neque nuper formae inconditae ordinem aut nitorem addidit Brunckius: qui multo melius meruisset, si in *Ἔργοις* dissuendis eundem modum tenuisset, quem de Valck. monitu tenuit in Theognideis: neque res ulli in posterum alii diasceuastae melius succedet, quum nihil sit in tot citationibus veterum, quod commodam rationem monstrare queat. Adde quod non tantum luxati (corporis), sed et amplioris operis exiguam superesse ruinam docent Manilius, Plinius, alii, quum ex illo afferunt plura, quorum nunc nec vola nec vestigium apparet, nisi quis temere fingat, hos de diverso carmine testari. Eant igitur, quibus id opus pro prisca simplicitate satis

apte constructum eiusque partium (sit venia verbo) aptitudinem hanc novis argumentis doceant, antiquo lectori placere potuisse, cui non displicuit Theognideum carmen, olim incipiens ab eo versu, qui vulgo nunc 184 est. Ac ne quis in Bruncklana temeritate adiumentum melioris ordinis sibi paratum putet, mihi quidem unice probatur Hermanniana ratio, in Homericis hymnis inita, ut malim potius, si possim, *Ἔργα* augere pluribus versibus, quam vulgatos expungere. Multi enim quos nunc tamquam arenam sine calce miramur, omni fortasse offensione carebant, iuncti iis, quos Pausania longe posterior Grammaticus in suam *συλλογὴν* non retulit. Quanquam ne haec quidem, quam Proclus commentario illustravit, hodie videtur incontaminata superesse. (Quam multi versus amissi essent, iam dispexit nescio quis in Hannov. Anzeigen 1752, p. 1293 ss.) Unum obiter addiderim, non ex uno, sed ex duobus Hesiodi carminibus indigestam hanc *συλλογὴν* conflatam esse. Cetera quae huius loci videri possint, dudum a me seposita, occupavit in eleganti et modesta Commentatione, a. 1815, Kiliae, unde Hesiodo prima lux affulsit, edita Aug. Twestenus.

De altero maiore carmine, primis quidem staminibus suis aeque vetusto, non persequar, quae olim praemisi adnotationibus. Vetustam autem quod dixi Theogoniam, in eo minime impugnare volo Pausaniam, qui illam quoque aliquoties ad supposititia relegat, adeoque semel (IX, 35) cum bile et stomacho. Verum hic ipse de recensione libri suo tempore vulgata, sic iudicans, eadem sententia amplecti noluit illam, qua Herodotus usus erat (II, 53) et philosophi a Pythagora ad Platonem. Atque ex illa adhuc plura inesse videntur in nostra, etsi hanc medio demum aevo alibi detruncatam et circumcisam, alibi ex diversis codicibus interpolatam esse apparet. Alexandrinis certe in manus venerat magnum opus et continente filo deductum, cuius

alteram partem faciebat *Θεογονία*, alteram *Ἡρωγονία* s. *Κατ. γυν.* At universum illud, si recte vidimus, idem Byzantius Criticus indignum censuit Hesiodo, imprimis *Ἡρῳγονίαν* (non *Ἡρωογονίαν*), ex qua *Ἠοίας*, quantum earum fragmentum nostrum arguit, vix Pisistrati aetas natas videre potuit. Quae coniecturae si peritis probabuntur, perlectis, quae mox de *Ἠοίᾳ* nostra notabimus, tum ipsi viderint, quid de ceteris reliquiis Heroogoniae existimandum habeant et quomodo ex talibus Ascraei vatis aetatem usque ad a. 700 a. Chr. detrudant [18]). Libenter autem de his omnibus audiam meliora docentes; quos non exstituros spero tales, qualem aliquando cavillatorem audivi, qui ne huic Theogoniae et reliquis, quae Hesiodi opera feruntur, diffiderem, inspicere me iubebat Maximum Tyrium Diss. 32 (16), Themist. O. XXX. Plut. Cons. ad Apoll. p. 105 D. Quintil. X, 1, 52 cum Gesneri notula, Dionys. Halic. de Rhet. p. 227 et Pausaniam ipsum IX, 30; et Meliora, inquam, docentes, tametsi de coniectura. Historiae enim fontes hodie nulli manant; et bene dixit Aristoteles: *χαλεπὸν ἐκ τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων λέγειν καλῶς.*

Etenim quicquid litterarum, ad Hesiodum pertinentium exstat, nec dignitati eius, nec controversiosis istis carminibus illustrandis emendandisque idonea subsidia praebet. De ipsius quidem persona ex vetustioribus temporibus nihil nisi opiniones, commenta, fabulae; ex Alexandrino aevo nihil amplius quam principum Criticorum annotationes aliquot forte servatae a Graecis interpretibus, quorum nullus est antiquior et qui Aristophanis, Apollonii Rhodii, Aristarchi, Cratetis, Seleuci, Didymi et supparum commentarios ipse evolverit; nullus Plutarchus, de cuius fragmentis a Proclo servatis ni-

18) Haec sententia si vera esset, qua tandem ratione narrare veteres potuissent, Hesiodum Homero antiquiorem idque multis saeculis fuisse!

mium promittit Hemst. ad K. I, p. 462; ne Proclus quidem integer, sed ab ineptis Graeculis ita excerptus et discerptus, vix ut usquam viri doctrinam agnoscas. Etiam ex scholiastis et glossographis vulgaribus corraserunt hi Graeculi. Ex talibus igitur scholiis perraro aliquid discere licet, unde melior textui facies reddatur: neque huic desiderio sufficiunt codices nostri, ex uno rivulo ducti omnes. Adeo vili supellectile instructi nec dignitatem vatis, quae et tempore et gloria Homericae proxima ponitur, nec caussas perspicimus, quae tot diversa carmina in eum cumularint. Igitur Hesiodum suum quendam plerique sibi ad Homeri similitudinem fingunt, et in iis rebus captant coniecturas, in quibus aut historica vestigia aut certe antiquitatis validior fama ad probabilitatem quandam ducere potest. Iam in libellis, quos Hederici nostri nunc facillime de Gr. litt. historia conscribunt, pueris haec sapientia instillatur et Hesiodus quasi optimus auctor traditur. At multa huiusmodi somnia erudita facile redarguentur a futuro editore, qui nescire fortiter audebit, quae sciri nequeunt. Et plura satis inter se ipsa pugnant. Ut enim Hesiodei nominis claritas intelligatur, faciunt illum nonnulli etiam patrios fines evagantem cum cithara, hominem otii quietisque amantissimum, cum *φορήματι*, ut Paus. ait, *οὐκ οἰκείῳ*, I, 2, 3 et IX, 30, 2; ut originem plurium *ἐπῶν* ipsi subditorum explicent, *ἐποποιὸν* creant alio sensu, quam id nomen veterum est in usu, uni Homero, nec magno intervallo secundum, quem plurimi veterum non didacticum, sed gnomicum perhibent; ut denique Homericae cantorum familiae ne aemula desit, Hesiodicam apud Boeotios scholam fingunt, de qua neque illorum popularis et summus fautor Plutarchus nec quisquam alius scriptor usquam mentionem fecit. Qua ex schola si coniecerunt illa *ψευδησιόδεια* provenisse, non cogitarunt, adhuc a. 650 ad 550 i. e. usque ad Pisistratum tyrannum in pluribus Graeciae

locis, eundem artis poeticae amorem et Ionicae gentis et dialecti regnavisse. Ita adeo fieri potuit, ut Atticus poeta illius nomine versus *περὶ ταρίχων* ediderit, qui Athenaeo III, p. 116 coquo digniores, quam Ascraeo seni videbantur.

Carptim perstrinxi omnia, sed iam dudum fines transii, quos huic praemonitioni statueram. Aggredimur iam ipsum carmen sic commentando, ut nihil nisi verba et sententias persequamur.

---

1. *Ἤ οἴη.* Quae in Prolegg. de hoc carmine in universum scripta sunt, satis docebunt, opinor, quam improbabilia commenta ad hoc initium protulerint grammatici nonnulli, partim iam vetusti. Ita Tzetzae et aliis *οἴη* fuit *θαυμαστὴ ἦ μεγάλη* (*ἐπὶ θαύματος γὰρ*, addunt, *εἴρηται τὸ οἴη*), quasi quod etiam absurdius est, pro nihilo additum esset *ἦ*. Diversos errores addiderunt recentiores, ut Guieti coniectura *ἠοίη* matutina, ut Robinsoni *ἑ οἴη*, illa sola, quorum alterum prope sensui, alterum prisco usui repugnat, utrumque omni fidei veterum, verbis *ἦ οἴη* carmen ordiri tradentium.

δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν· Electryonis regiam, Tiryntha, quae urbs ei una cum Mycenis et Midea hereditate Persei patris obvenerat. cf. infra v. 81. Apollod. II, 4, 4. Paus. II, 25, 8.

2. *μετ' Ἀρήϊον Ἀμφ.*, non pro *εἰς* vel *ἐπὶ Ἀμφ.*, ut olim iungebant *ἦλυθε μετ' Ἀμφ.*, sed ut vulgo nunc vertunt sequuta virum Thebas, quo scil. homicidii noxius concesserat. vs. 13. cfr. Il. K, 149 *βῆ δὲ μετ' αὐτούς.*

3. *λαοσσόου*] propter ambiguum etymon dubitatur de vi vocis. Sed similia epitheta, ut *δορυσσόος* infra v. 54 et Pind. *ἱπποσόας* [Isth. 4, 39,

Pyth. 2, 119] usum coercent ad notionem concitandi, non servandi. Copiarum ergo ductor cfr. Eustath. ad Il. [p. 1111, 60 et 1145, 16]. Ergo ad σόω s. σόομαι pertinet, etsi σώζω ex eadem origine est. Bene gl. Bav. τὸν λαοὺς ὁρμηθῆναι ποιοῦντα, τὸν πολεμικόν, qui armatos ad pugnam ciet. Diac. bene »ἀπὸ τοῦ σέω τὸ ὁρμῶ.«

Ἠλέκτρύων sine dubio aliquoties in hoc carmine v. praef. Il. p. 76 [p. 71].

5. εἶδεΐ τε μεγέθει τε· νόον] Virtutes hae sunt mulierum primariae, omnibus locis priscorum celebratae. Il. α [115].

6. ἀποκρῆθεν] Ita veteres Grammatici videntur scripsisse, uti Eustathius, [Il. X p. 1257, 54] Etymolog. M. [p. 495, l. 30], non ut vulgo ἀπὸ κρῆθεν. Neque usquam κρῆθεν simpliciter legitur, genitivus pro κάρηθεν, (Diac. habet »ἀπὸ τοῦ κρατὸς γίνεται κρᾶθεν καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς η κρῆθεν«) et κατακρῆθεν etiam vulgo legitur in Th. 574 et in Homero nostro, cfr. ad Th. l. c. [quem ad locum manu sua Wollius »sic et Ruhnkenius ad Hymn. in Cer. 182«].

κυανεάων] Tamquam unicum hodie mirari solemus. Vix dubium tamen est, quin in vocabulis harum quantitatum olim saepius occurrerit. — Quum iam νόον subiecisset εἶδεΐ, horum duorum versuum panno supersedere debuerat. Ipsum νόον an satis usitate dixerit, videndum. Apud Homerum certe non ita simpliciter est, uti φρένες pro prudentia. Neque animus apud Latinos ita usurpari posset. Rarius dicitur νόος ἐσθλός, quod tamen ne ipsum quidem hic locum habebat [1]). In tam minutis discriminibus ostenditur imitator. In carmine antiquiore et castigatiore eiusmodi pannum sustulissent Aristarchi. (Quodsi duos versus apposuit ex alio, hic alius, opinor, non admodum an-

1) Sic noster etiam v. 88 νόημα et φυήν iungit; et sic νόημα tantum Il. τ, 218 apud poetam minus antiquum.

tiquus fuit, certe non optimus.) At similis est homini undequaque pulchros colores colligenti. Et talis erat istud.

8. *τοῖον ἄητο*] gl. in A. *ἐπέκειτο τοιοῦτον ἄνθος καὶ κάλλος, οἷον τῇ Ἀφροδίτῃ.* [In paraphr. *τοῖον κάλλος ἔπνεεν, ὁποῖον ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης.*] Et in alio maligne: *λείπει τὸ κάλλος ἢ ἔρως ἢ εὐμορφία.* Ex his unum *κάλλος* confirmatur Hymno in Cer. 275. Quamquam talia dictu ineffabilia sunt, praesertim grammaticis. Absurde Tzetza: *τοιοῦτον — ἐμύριζεν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἄσθμα τῆς Ἀφροδίτης*, quasi de unguentis.

9. *ἡ δὲ καὶ ὥς*] Inversa structura, qualis etiam apud Ciceronem est (satis defendi potest vel Latinae prosae usu). Recte vero I. Ramus

Qui licet in patrem ferro grassatus honestae
Coniugis et tantum maculasset sanguine nomen:
Non tamen hoc facinus caesique iniuria patris
Eripuit primos quos illi iunxerat ignes.

Nam v. 11 protasis est: etsi eius patrem occiderat, nihilominus (*καὶ ὥς*) uxor eum venerabatur. Ad quae interpunctione leviter mutata opus fuit. Apud Homerum vix simile exemplum ita praecurrentium vocum *καὶ ὥς*. Pertinet huc truncata glossa in A. ad *ἦ μήν οἱ*: *Τὸ δεύτερον πρῶτον εἶπεν· ἔδει γὰρ εἰπεῖν πρῶτον ...* Alii acceperunt *καὶ ὥς* »etsi adeo pulchra erat etc.« ut Paraphrasis [*καίπερ οὖσα εὔμορφος*], minus recte. *Καὶ ὥς* non separanda esse, certum est. Non sensit hoc Tzetza.

ἑάν ad *ἀκοίτην* refer potius, quam ad *θυμόν*, etsi *ὃν κατὰ θυμόν* satis Homericum est.

11. *ἀπέκτανεν — βουσί,*] Qui balbutientem hunc poetam nondum novit, vix dubitabit, eum de violenta et voluntaria caede Electryonis loqui eoque modo plerique acceperunt. At imprudenter interemptum illum ab Amphitryone refert Apollodorus II, 4, 5 seq. cum scholiis ad h. l. Diversa quidem fama de Electryone a Telebois in pugna caeso traditur in scholiis ad Apollonium Rhodium I, 747, ubi eius

narrationis auctores produntur Herodorus et ipse Hesiodus. *Ἡ ἱστορία σαφῶς παρ' Ἡσιόδῳ*, inquit. Quae verba si accurate scripta sunt, non ad nostrum carmen pertinere possunt, nec profecto possunt Grammatico visa esse *σαφῶς* tradita, quae nobis admodum ambigua videntur. Contra si ad aliud Hesiodeum carmen pertinent, non minus mireris, in nostro tam diversa ratione rem narrari potuisse. Sed ne longius haereamus in vanis dubitationibus, primum prope certum videtur, scholion ex diverso opere Hesiodeo ductum esse; deinde inest in loco statim sequente aliquid, quod voluntariae caedi minime conveniat. Quid enim magis absonum fidei est, quam virginem sponso ultionem fratrum ab hostibus caesorum mandasse, ei qui sub idem tempus ipsius patrem, speratum socerum, occidisset. Haec vero talia sunt, opinor, ut etiam vim in interpretando loco nostro excusare possint. Nec tamen magna vis erit, si dicas, in verbis *ἴφι δαμάσσας* nihil inesse, quod fortuitae caedi, qualem superiores illi produnt, repugnet; usitatam eam loquutionem esse de nece, naturali morti opposita; *χωσάμενος περὶ βουσί* autem spectare non minus posse ad rixam cum socero habitam. Quodsi haec vis est, culpam ipse sustinet poeta. Ac video partim haec iam monita esse a doctiss. Claverio ad Apollodorum, II, p. 246 contra Heynium omnia deproperantem. *Περὶ βουσί* esse *περὶ βοῶν*, recte significat schol., quum dicit: *εἰς γενικὴν ἀναλύεται*. Paullo ante Trinc. dedit *ἀπέκτειν'*, invitis codd. versusque numeris, quippe ex glossa, ut solet.

13. *ἐς Θήβας ἱκέτευσε φ. K.*] h. e. *ἱκέτης ἦλθεν ἐς Θήβας πρὸς Καδμείους* vel *ἐς Θήβας ἦλθεν ἱκετεύσων K.* Genus structurae probum et in utraque lingua usitatissimum, quanquam non est apud Homerum. Ivit autem ad Creontem, Thebis tum regnantem, ut illius opera expiaretur, id quod etiam in *ἀκουσίοις φόνοις* moris fuisse constat. Sed haec omittere licuit poetae, tanquam notiora; illud non placet,

quod alieniore loco v. 83 tandem Creontis mentionem facit.

15. *φιλότητος ἐφιμέρου·* epitheton iucundo sensu, si non novum, Hes. Theog. 132, certe in Homericis non lectum. Mox in hoc quoque poeta ob *οἵ*, quod saepe positionem facit, ut apud deteriorem etiam Orphicum corrigit *οὐδὲ οἵ ἦεν* Hermannus ad Argon. p. 659.

20. *Ὡς γάρ οἱ διέκειτο* — Nimis festinanter res quasi notas transcurrens (studio omnia cursim transmittendi) poeta etiam vulgarem perspicuitatem postponit, primam virtutem epicam. Non enim satis erat, conditionem Alcmenae potiundae et interpositam iurisiurandi religionem significari adeo levibus verbis, *οὐ γάρ οἱ ἦεν, ὥς γάρ οἱ διέκειτο.* Eo fit, ut etiam adiecta *θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἦσαν* displiceant, non quod obscurum est, quid dicere voluerit poeta, sed quod clarum est, eum brevitatem cum perspicuitate coniungere nescire. Ceterum *διακεῖσθαι* de officio, lege, pactionibus proprium esse Graecis, notum. *Ἐπιμάρτυροι* male alii *ἐπὶ μάρτυροι*, quo spectant Paraphr. verba *ἐπὶ τούτοις.* Apud Homerum sic est *ἐπιμάρτυροι.*

23. seq. *ὕφαινε μετὰ φρεσίν, ὅφρα θεοῖσιν ἀνδράσι τ' ἀλφηστῆσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσαι*] Nollem hic et 128 pro *ἀρῆς* sine reprehensione transmissum aut adeo nullo discrimine habitum *ἄρεως* sive *ἄρεος*, qui noster olim error fuit [cf. Wolf. ad Theog. 657.] et aliorum etiam veterum quorundam, unde ortae erant scripturae ante recensionem nostram vulgatae Il. ξ, 485, σ, 215. Non dubium enim est, verum vidisse Tollium ad Apollon. lex. v. *ἀρή* et alios, quum docerent, hanc *ἀρήν* nihil ad deum belli pertinere. Id unum offendere possit, quod quum *ἀρή* in utraque notione (*εὐχή* et *βλάβη*) minime diversum origine vocabulum sit, quantitas tamen ita differt, ut *εὐχή* semper primam producat, *βλάβη* semper corripiat. Sed eiusmodi discrimina alia quoque nonnulla iam vetus canendi consuetudo haud

semper certis de caussis invexit, unde deinde constans usus prodiit. Quod de ambigua quantitate vocis ἀρά apud Tragicos affert Heinrich., novus error est. Cautius enim et recte loquitur praeclar. ed. M. ad Morellium: »ac tragici videntur usurpare vocem tantum priore signif., penult. ubique brevi.« [cfr. Hermann. cens. scuti ab Heinr. editi in ephemm. litt. Lipss. 1802 Intellig. p. 92.] — ἀρῆς etiam scholl. hic legebant: explicat Diac. ἀρὰ· κατάρα καὶ ἡ βλάβη, ὡς ἐνταῦθα, item sic scholl. Bav.

Quo autem sensu θεοῖσι quoque auxiliator dictus Hercules? Ad Gigantomachias referunt, ut ap. Apollod. I, 6. satis bene. Ac pluribus occasionibus locus fuit in mythis, ubi Hercules diis laborantibus opitulari posset, sicut Briareus ceterique Centimani in fabulis vetustioribus. Sed non longe quaerenda est talis occasio, siquidem in hoc ipso carmine opem fert Hercules Apollini, Cycno occidendo.

φυτεύσῃ] Alii libri φυτεῦσαι, al. veriore tono φυτεύσαι, quod plerique hodie praeferunt, ex nota lege consequutionis modorum. Ita Hermannus, Thierschius [§. 341] cfr. Matth. p. 733 [§. 518], imo Viger. p. 793. 851., Seidlerus, etiam scholl. ad h. l. ἵνα καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις γεννήσῃ βοηθόν. Non licet talia ex pingui (vulgari) lege conseq. modorum iudicari, qua utitur oratio historica, quum non tantum praepositivo, sed etiam postpositivo membro rem simpliciter gestam exprimit. In toto hoc genere enim non colligatio quaedam s. iunctura membrorum, sed singula potius membra per se spectanda sunt. Ita si in altero hoc membro res ponitur ut gesta, optativo locus est, subiunctivo, si ut gerenda. Quanquam etiam subtiliora discrimina incidunt in his constructt., sed abhorrentia ab usu vetustioris linguae, in qua nonnunquam etiam metricae rationes vulgarem usum pervertunt aut circumscribunt, unde posteriores poetae etiam

licentius grassati sunt. H. l. contra usum priscum esset optativus.

32. ἐννύχιος tolerari potest, sive ad ἱμείρων s. ad ὦρτο retrahas: melius certe alterutrum, quam cum aliis iungere ἐννύχιος τάχα δέ. Sic enim nullo modo. Eruditum scholion de noctis commodis.

Τυφαόνιον· optes sane cum Heinr. montem hunc in regione inter Olympum (Thessaliam) et Boeotiam media quadam poni posse; sed quum Homericam imitationem hic non nimis fidam esse videamus, tenenda videtur potius fama etsi postremorum Grammaticorum, quae et hunc montem et Phicium Boeotiae assignat. Talia certe ex antiquioribus scholiis sumi solent. Et congruit famae, quod Typhon pater est Sphingis [Hygin. f. 115.], huius terrae incolae, unde nomen est φικίον a Boeot. φίξ pro Σφίγξ, ut notum. Τὸ Φίκιον ὄρος ἐκ τῆς Σφιγγός, ἣν Φίκα ἐκάλουν οἱ Βοιωτοί. Tzetza. Huc spectare videtur Hesych. glossa: Τυφιον, ὄρος Βοιωτίας, ubi bene correctum est Τυφώνιον in Observv. Miscell. [II, p. 350]. Indocte Clericus coniecit Τιλφώσιον. Vulgatum bene tuentur viri docti.

34. θέσκελα ἔργα] rem insolitam, mirificam; nihil ultra, quam id, quod statim dicitur, eadem nocte et Iovem et Amphitruonem concubuisse Alcmenae. Sed primum αὐτῇ bene esse potest: hac ipsa quae instabat nocte; altero loco est pro τῇ αὐτῇ, ut etiam apud Homerum nonnunquam. [cfr. Herm. Opuscc. I, p. 333].

35. Ἠλεκτρυώνης. Genitivus hic nominis minime caret exemplis, ut Theog. 920 et alibi, sc. ut sit εὐνῇ τινός, non τινὶ μιγῆναι εὐνῇ. Tres codd. dativum praebent. Matth. in Hom. hymn. Merc. 4.

36. ἐέλδωρ. Alii etiam apud Homerum ἐέλδωρ; sed paullatim consensum de tenui. Sic Diac. »ψιλοῦσθαι ἰσχυρίζονται.«

40. ἰέναι sc. ἐπισκεψόμενος τὰ ἴδια θρέμματα, Diac. Sententia per se commoda; an etiam h. l., pro suo quisque sensu iudicet. In hoc enim genere

non pauca sunt, quae ingeniosi sibi explicari nolunt, ceteri ne explicata quidem assequuntur, nonnulla etiam, quae explicari non possunt.

ὧρτ' ἰέναι in Odyss. [η, 14, ϑ, 111, 256] quo spectat Diaconus, dicens »Ὁμηρικός ἐστιν ὁ ζῆλος.« In Iliade saepius βῆ ἰέναι.

42. ὡς δ' ὅτ' ἀνήρ. Prima comparatio (nam infra maior statim copia erit facile parabilium harum divitiarum) ab Homero Od. ε, 394 seqq. surrepta est, vel ut alii dicunt, adumbrata. Recte. Nihil praeter umbram restat. Ipsa dictio offendit et syntaxis, ut in verbis νούσου ὕπο post κακότητα, tum illa cumulata ἀσπασίως τε φίλως τε, etiam ὡς ὅτε pro ὅταν. Sed nescivit assumentum aliter conglutinare. Ne alienis quidem bonis bene uti talia sciunt ingenia.

53 — 56. τὸν μὲν — πάντων] Quam languidae his insint praegressorum versuum repetitiones, nemo non sentit. Adeo interpolatos certe 55, 56 putabat olim amicus noster Koeppenius. Sed plura posthac exempla videbimus loquacitatis nimio maioris, quam cui indulgent subinde antiquiores Epici. Iam displicere debet »τὸν μὲν ὑποδμηϑεῖσα« post v. 48 »ϑεῷ δμηϑεῖσα.« Ut nunc tamen series sententiarum est, egregie cavit poeta, ne quis criticorum ipsi ullum versum adimeret, nisi omnes quatuor illos simul. Alioquin etiam durior esset et magis ambigua transitio in verbis ὃς καὶ — quae vel ipsa egregium centonum sarcitorem produnt; cfr. v. 77 ubi quoniam duobus versiculis interpositis abrupta est oratio, similiter fit ad posteriora transitus.

54. Pro Ἰφικλέα γε δορυσσόῳ Ἀμφιτρύωνι, ubi γε nonnisi versui complendo servit, nonnulli codices habent, Ἰφικλῆα λαοσσόῳ Ἀμφ.. Quae si antiqua lectio, non interpolatio est, placebit correctio Hermanni in Schaef. Gregorio p. 879 αὐτὰρ Ἰφικλῆ λαοσσόῳ, doctiore forma pro Ἰφικλῆα. Sed in Ἰφι-

κλῆα prima correpta nobis nec ratione nec auctoritate carere videbatur.

57. Ἀρητιάδην] Rarius patronymicon, quasi ab Ἄρητος, (ex hoc genitivo simpliciter ducit Diac.) ex Ἄρης; etiam ambiguum, siquidem Areti filius etiam est Ἀρητιάδης. Od. π, 395. Nonne Ἀρηϊάδης? v. Valck. — Singulare aliud Patronym. est Δαναΐδης, a matre Danae Perseo datum 229, quum proprie sit Danai progenies. Potest tamen a Danao formatum esse, cfr. v. 527.

58. τεμένει] ἄλσει v. 70 et 99.

59. πατέρα ὃν Ἄρην] vulgo πατέρ' ὃν Ἄρην. Nostrum (ex Trinc. et duobus nostris codd.) iam commendarunt plures. — Praeterea in forma Ἄρην haerendum est, quae quidem infra quoque 355, 425, 457 vulgatur, ap. Hom. autem non nisi semel, Il. ε, 909. Eam formam autem praeter alia perquam dubiam facit, quod omnibus his locis etiam Ἄρη scribi potest, ut in libris nonnullis scribitur (ita in duobus nostris), quum ubique vocalis sequatur, neque ante consonam usquam Ἄρη sit, ne apud Alexandrinos quidem. Quare et h. l. scribere possis πατέρα ὄν, Ἄρη ἄτον π. (Varietates declinandi nominis tangit Diac. p. 70 Heinr.).

Ceterum versatur et alia dubitatio in nomine Ἄρης de quantitate prioris syllabae, quam temere nonnulli natura brevem dicunt. Non enim addunt, unde id didicerint. Certe non ex nostro poeta, v. 192, 441, ubi Ἄρης pr. longa est, similiter ut Ἄρεος v. 98, Ἄρεα Quint. II, 110, Apoll. I, 1024, Ἄρεϊ ap. ipsum Homerum Il. β, 479, cuius loci iam obliti sunt Intrr. ad ε, 31, ubi notum Ἄρες Ἄρες iam olim pluribus ridicula remedia poscere videbatur, intolerabilia etiam, ut narrat Maltby T. I, p. 137, Porsono et Heynio. Imo anceps haud dubie α fuit etiam in Ἄρης iam priscis.

61. ἑσταότ' ἐν δίφρῳ] haud dubie uno in curru, cogitabit quisque, sed v. ad 538.

62. σφε] αὐτούς, Martem et Cycnum.

64. *ἅρματα — ἱεμένων* languide interiecta.

68. Qui Martem comitem et ducem habet, parum egebit alius numinis auxilio. Sed ad seqq. perveniendi aliam viam non vidit.

Omnino difficile fuit poëtae, ad alterum par venire, Herculem et Iolaum. Inde plures versus interposuit, non admodum novis sententiis insignes, praecipue a v. 70 ad 73, et post longas ambages nihil habet, nisi 75 et 76, versus ex *Ἔργ.* 147. 8 surreptos.

Ambigunt scholl., *εὐχωλαί* utrum *εὐχαὶ ἢ δεήσεις* sint, an *καυχήματα*. At ubi posterius? neque id sensu commendatur; haud dubie intelligi voluit *εὐχάς*, minime *καυχήματα*. Hic autem statim causam addere debebat, cur infesto animo fuerit Apollo.

71. *ὑπαί*] retinui et item v. 278, non quod opus fuerit, sed alia ex antiquis libris profecta non debent a nobis immutari pro lubitu, alia ad recensionis Homericae nostrae similitudinem refingimus, ubi vel unus codex addicit et tum etiam taciti in his levioribus.

καὶ αὐτοῦ] et ipso dei corpore. Huic tamen nihil addere scivit, nisi rem satis tritam, *πῦρ δ' ὡς ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο*. Ipsum *ἀπελάμπετο* post *λάμπεν* puerile, prope ut 142, 143, 145.

74. *πλήν γ'*] *γ'* addit ex more post *ν*.

79. *ἦ τι μέγ'*] pro *ἦ μέγα τι*. Libri *μετ'*, male. *Μέγ'* correctionem Dorvillii ad Charitonem p. 220 Lips. verissimam et usitatam verbi structuram docte defendit Heinrich. At — etsi *τι μέγα* pro *μέγα τι* in prosa dicitur — ubi apud Hom. sic inversus ordo est? Neque tamen *μετ'*, inter deos, verum; immo antiquum mendum videtur; scholia certe nihil aliud videntur legisse, quorum Tzetzes per interrogationem, Diac. *ἀληθῶς* explicat.

81. *Τίρυνθον, ἐΰκτίμενον πτολίεθρον*] sic codd. nostri omnes. Structura satis Homerica, ap. quem non solum est *Ἰλίου ἐΰκτίμενον πτολίεθρον*, sed etiam *ἐς Λῆμνον, ἐΰκτίμ. πτολ.*, (Odyss. *ϑ*, 283, *ω*, 377)

ubi prior ratio metro non minus conveniebat. At offendit insolentia formae, ἡ Τίρυνθος pro Τίρυνς, quod ubique superest ap. optimos scriptores. Τίρυνθος autem nonnisi apud Grammaticos, ut schol. ad h. l. »καταλιπὼν τὴν ἰδίαν πατρίδα τὴν Τίρυνθον.« At si bonum auctorem habuit Τιρυνθόνδε ap. Steph. Byzant. pro Τιρυνθάδε, etiam altera forma in usu fuisse videri debet. Placet tamen satis Ruhnkenii correctio Τίρυνθος, hausta ex duorum codd. scriptura Τίρυνθα. Unus codex ap. Gaisf. habet Τίρυνθ'.

85. ᾗ δίκη ἔσθ' ἱκέτῃσι] ᾗ, non ἧ — Diac. ὡς ἔστι νόμος ποιεῖν τοὺς ἱκέτας. Apoll. Rhod. ᾗ θέμις ἐστί I, 517.

86. ἀγαλλόμενος] per se bonum, sed non hac in re.

87. ἐπιπλομένων] sic Homerus quoque pro περιπλ., at eademne vi?

90. σφέτερον] Tzetz. τὸν ἑαυτοῦ οἶκον. Quidni nostram? v. Prolegg. [p. 248].

91. ἀλιτήμερον] ἀλιτήμενον vulgo, quod quamquam nusquam ita nude reperitur, quum θεοῖς addatur in Odyss. (IV, 807), tamen bene habet per se, etiam sine θεοῖς pro ἀλείτην, ἀλιτρόν, improbum. At auctoritas praevalet pro ἀλιτήμερον. Etenim iam Guietus illud divinavit, probantibus pluribus, ut Schneidero in Lexico s. v. ἀλιτήμερον, ex Tzetza »διὰ τὸ πρὸ καιροῦ τεχθῆναι. Item Diac. (p. 70 Heinr.) φασὶν ὅτι, ὅτε ἦν ἐννεαμηνιαῖος ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῇ Ἀλκμήνῃ ἔτυχε τὸν Εὐρυσθέα ἑπταμηνιαῖον εἶναι ἐν τῇ Ἀρχίππῃ· ὤμοσεν οὖν ὁ Ζεὺς ἐκεῖνον ἄρξαι τοῦ ἑτέρου, τὸν γεννησόμενον κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ὡς τοῦ Ἡρακλέος μέλλοντος γεννᾶσθαι. ἀλλ' ἡ Ἥρα ζηλοτυποῦσα πρὸς τὴν Ἀλκμήνην ἐποίησε τὸν μὲν Εὐρυσθέα ἑπταμηνιαῖον γενηθῆναι, τὸν δὲ Ἡρακλέα δεκαμηνιαῖον, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Θεόκριτος· φησὶ γὰρ Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα γείνατο μήτηρ· ἦρξε γοῦν διὰ τὸν ὅρκον Εὐρυσθεὺς τοῦ Ἡρακλέους. Contumeliosum igitur h. l. nomen.

94. αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων] Transitio admodum im-

perfecta, immo ieiuna; quod senties, si Diaconi paraphrasin cogites: *ἐμοὶ δὲ ὁ Ἀπόλλων ἐκέλευσε φονεῦσαι τὸν Κύκνον.* Et hoc *αὐτάρ* et mox *ὦ φίλος* arena est sine calce.

ἐπετέλλετ'] *ἐπέτειλεν* Trinc. mendose, Od. λ, 621 de eodem. *ὅ δέ μοι χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.* Mox ex nostrarum linguarum ingenio accipe, *ἀλλὰ σύ, ὦ φίλος.* Sed sic saepe Graeci, non solum versu impellente.

101. *ἄαται*] quivis futurum exspectat, et ita explicant; at praesens est, *κορέννυται πολέμου, καίπερ ἀνδρεῖος ὤν.*

103. *Ἤθεῖ'*] vulgares corruptelae sunt *ἦ θεῖ'.*

108. *δύσεο τεύχεα*] armaturam Herculis nobis mox ostendere voluit v. 122, et quidem ita, ut videremus ipsum actum, *Ὁμηρικῶς* [1]).

110. *οὗτοι*] vulgo *οὔτι*, ut saepissime in Hom.

114. *τά σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης*] Unde hunc flosculum sublegerit, nescio. Tzetz. *ἅτινα τῆς εὐωχίας προσφιλέστερά ἐστιν.* — Ecce fragm. 49 Gaisf.

116. *θυμῷ γηθήσας*] »Nonnulli codd. legunt non male *μύθῳ γηθήσας*« Graevius. At nusquam ita dativus causae additur verbo *γηθεῖν*· sed unice vetus sermo amat *γηθεῖν θυμῷ* s. *κατὰ θυμόν, φρεσί* s. *κατὰ φρένα* etc.

118. Quum orationes vellet iniicere, Homerico more pugnae proludentes, sententiae autem deessent, verba nobis dare satis habuit. Nam comparatis vss. 95 sqq. vix quicquam inest in hisce vss., quod Herculeo hiatu dignum sit. Ut egestatem minus sentiamus, opportune succurrit equus Arion, quem iubet satis inepte *πάντη ἀναστρωφᾶν, πάντη* enim quasi de magna acie ait. Risisset autem ipse fortasse poeta, si Arionem hinc in mytho-

1) Quum scripsisset Wolfius. »Si Hercules quum illa diceret v. 95 seqq., aut in curru iam erat, aut certe currum conscensurus, inepta est haec adhortatio *δύσεο τεύχεα*. Sed plura id genus perquam negligenter tractavit Rhapsodus« postea in margine ab hac reprehensione se ipse revocavit.

logiam traductum videret, quem fortasse inops de suo indiderat. Alioqui plura exspectes de nobili equo dicenda.

120. *μέγαν ἵππον Ἀρείονα κνανοχαίτην*] Languet illud *μέγαν ἵππον*. Vix auget sententiam magnitudo equi, qui Adrasto deinde ab Hercule donatus, satis innotuit ex fragmentis Antimachi in Schellenbergii nostri collectione p. 65. Duo codd. *Ἀρίονα*. Simul autem h. l. alterum iugalem intelligit; quum uterque heroum bigis vehatur ex more, v. vs. 96, 97.

122. *κνημῖδας ὀρειχάλκοιο*] Novi quid addere voluit, quum *ὀρειχάλκοιο* diceret, ut in Hymn. IV, 9. Mox ieiunum est, quod nonnisi ocreae Vulcani dona dicuntur.

129. *κοιλὴν δὲ περὶ στήθεσσι φαρέτρην*] Si res ex heroum Homericorum consuetudine iudicanda est, pharetra cum sagittis ad *πανοπλίαν* non pertinuit. At Herculi fortasse proprium hoc putavit poeta et sagittas 4 verss. exornare voluit. Sed an tales descriptiones ipsius debeantur ingenio, quis dixerit?

132 — 135. Quovis pignore contenderim, haec aliunde sublegisse poëtam.

135. *ἦσαν· ὁ δ' ὄβριμον*] *ἦσαν* ieiunum videtur, nec tamen vitiosum puto; certe verbo finito h. l. opus. Et ita ab initio versuum saepius sunt ignava vocabula, ut statim *λαμπόμενον* v. 143; *αἴθοπι* autem pro *εἵλετο*, ut in aliquot libris est, memoria suggerente Homericam clausulam, ut saepe (ex lapsu memoriae, quum Homericum epitheton sit). Ex talibus exsculpi nihil emendationis potest, nisi cui ludere est emendare.

139. *γε μέν*] his particulis appendit latum clipeum! mox *οὐδέ — αὐτό* pro quod nemo unquam.

149. Etiam hoc supervacaneum modo et ambitiosum ornamentum est. Et quis dixit *νόον τε καὶ φρένας* ita coniuncte? Homerus satis habet semper,

ut et supra v. 89 factum erat, *φρένας ἐξελέσθαι ἀνδρός*. Durior etiam iunctura *νόον τε καὶ ἐκ φρένας*.

152. *αὐτῶν*] non *τῶν αὐτῶν*; ita iunge, ut fere solet; sed additur *αὐτῶν* h. e. personarum ob *ὀστέα*.

153. *Σειρίου ἀζαλέοιο*, genitt. absoll., quales saepe sunt in Homeri dictione.

155. *φόβος — δεδήει*] Tres codices *φόνος τ'*, ex glossa ad *ἀνδροκτασίῃ*, opinor; quo ducit alius codicis scriptura etiam ineptior, *φόνος τ' ἀνδρῶν ἀνδροκτασίῃ τε*. Neque ulla causa erat, cur Graevius *τ' ἐδεδήει* scriberet.

156. Hunc versum cum tribus sequentibus pro interpolatis ex Il. Σ, 335 et ad verbum transsumptis habuerunt plures, primus, ut videtur, Schlichtegroll p. 49; et qui eos vindicare nostro vellet, nimis sinistre de eius iudicio existimaret. Vel sic imaginum copia laborat hic locus.

165. *θωϋτά*] servavi ob ipsam insolentiam formae, quae vix ulli librario aut correctori se offerre potuisset, nisi in antiquis libris fuisset. Tanto facilior fuit correctio *θαυματά* pro *θαυμαστά*, positum ter in hymnis Homericis, semel ap. Pind. Ol. I, 43, ubi vett. Gramm. nemo opinor aliter accepit, quam Boeckhius noster. Et sic duo vel tres codd. habent cum Diac. et Trincav.; nostrorum autem nonnisi unus, in quo est *θαυμαστά*, sed inter versus additum *γρ. θώϋτα* (proparoxyt.).

δαίετο] Diac. *ἤγουν μεμερισμένα ἦσαν καὶ οὐ συγκεχυμένα*. Similiter ad *δεδήει* vs. 62 Diac. *ἐμερίζετο*.

166. *στίγματα — κνάνεα*] Hermanno ad Orph. p. 702 mutandum videbatur in *στιγμαί*, quum in nonnullis libris esset *κνάνεοι*. Id vero nobis nihil nisi mendum videbatur. Nam non videas, qua via *στιγμαί* in *στίγματα* a librario mutari potuerit, quum illud potius prosarium sit. *α* longum in tali poeta minime nos offendit.

181. Laudavit versum Tzetz. ad Lycophron.

881 cfr. Graev. [cfr. Bachmann. Anecd. Gr. II, p. 251].

183 et 188. *ἀργύρεοι*] * Haec ab ipso scriptore de industria sibi opposita esse, censeo. Tales enim homines sui ipsorum interpolatores, ipsi miseris operibus suis glossemata inferunt. Sed v. Schlichtegroll. propter armorum diversitatem.

189. *συναΐγδην*] Post verissimum monitum viri docti in Obsvv. Miscc. T. I, p. 416 sic corrigi voluerunt plures, etiam Ruhnk. pro vulgato mendo *συναΐχτην*, necdum postea desierunt nonnulli *συναΐγδην* pro verbo habere; mirifice! Delusit eos fort. ars poetae, duo adverbia *συναΐγδην* et *αὐτόσχεδον* ita cumulantis. At eodem fere modo 232, 233.

190. *ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃς*] melius haec inter se responderent, si 183 non *τεύχεα*, sed *ἔγχεα* dixisset.

192. *ἐν δὲ*] sc. *τοῖς ἵπποις* i. e. *ἅρματι* noto usu; quanquam non ita usitatum est *ἐνῆσαν ἵπποι, ἐν δὲ — ἥρως*, et quod extremo claudicat v. 195 *δίφρῳ ἐπεμβεβαώς*. Hoc enim iam erit in vs. 192. Sed in talibus sane interdum maior copia et repetitio quaedam est.

οὔλιος Ἄρης] Apud Homerum semper est *οὖλος Ἄρης*. Pindaricum autem est illud, Ol. IX, 116; cito enim variabant talia; ut pro *θοῦρος Ἄρης* etiam *θούριος Ἄρης* dicebatur, apud Suidam.

199. *ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶ χρυσέην τε τρυφάλειαν*] Sic primae edd. et duo codd. Vix mediocri rhapsodo dignus versus; ita elumbis est; sed duo vitia intulerunt deinceps in vulgata, *χρυσείην* scribendo; nusquam enim huius vocis prima syllaba corripitur in Ionicis. Si ipse auctor non erravit, satis placet correctio viri docti in margine nostrae

---

1) Quibus stellula addita est, ea Wolfius patrio sermone conscripsit. Non possum tamen, quin interdum ipsa eius verba adscribam, ut h. l.: »*Sicher sucht der Verfasser selbst etwas hierin, in dieser armen Convenienz-Antithesis? solche Leute interpoliren sich selbst, wie sie selber Glossemata in ihre Machwerke bringen.*«

editionis, *φαεινὴν τε τρυφάλειαν*, quae clausula Homerica est Il. *κ*, 76. — Si abessent 199, 200, etsi Palladi duo tantum vss. superessent, tamen nihil admodum ad descriptionem deesset. Post vs. 198 enim frigent pannique speciem habent haec »*ἐπὶ δ' ὤχετο φύλοπιν αἰνήν.*«

202. *κιθάριζεν Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός*] sic vulgo; (al. *κιθάριξεν*, quod tamen vitium typographicum videtur.) non melior est versus, quam v. 199; iam duorum codd. scriptura *κιθάριζε* ad rectum ducere potuit, quod ex Trinc. assumpsimus *Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός*; hic etiam legitimus ordo verborum, ut in Hymn. Homm. et alibi, non *Λητοῦς καὶ Διός*.

203. *ἄγνυτ'*] optime correctum ab D. Heinsio; bis infra eadem vox.

205. *ἀθανάτων ἐν ἀγῶνι*] haec iungenda esse, non ut alii faciunt, *ἐν ἀγῶνι θεαὶ δ'*, apparet. Absurde h. l. *δὲ* ita postpositum esset. Totus locus lucido ordine caret, auctoris ipsius, opinor, culpa. — * [Carmen enim hocce ex versibus integris et hemistichiis aliunde petitis misere compositum est, multasque habet] reminiscentias, quas in musica hodie vocant, quales a doctis omnibus facillime deprehenduntur, ab indoctis numquam.

209. *γε μὲν*] * has particulas amare videtur poeta.

212. *ἀναφυσιόωντες ἐθοίνων*] * vix utrumque simul fieri poterit. neque *ἐφοίτων* intelligi potest.

215. *ἀποῤῥίψαντι*] Trinc. sine sensu.

217. * Nihil quicquam insanius aut delirius dictum est. *(Toll und überphantastisch)*; haud secus ac si artium imperiti homines artifici aliquid praescribunt, quod perfici cupiunt. An dicemus, opera tam subtilia et summa arte elaborata iam in usu fuisse?

222. *ὃ δ' ὥστε νόημ' ἐποτᾶτο*] Pal. *ἐπτᾶτο*, alii *ἔπτατο*. Unde Herm. ad Orph. p. 694 elicuit *ὃ δ' ἔπτατο ὥστε νόημα* cum hiatu, sed ut caesuram trochaicam in quarto loco haberet. Tales rationes nobis perraro probabiles videntur, cfr. 148.

224. *ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε*] *ἀμφὶ τὴν κεφαλὴν θέε* h. e. caput pera inclusum habebat; *κίβισις* verius putatur, quam *κύβισις* et *κίβυσις*. cfr. Fisch. ad Weller. Gr. T. I, p. 106.

228. *ἐῤῥιγόντι*, prorsus ut *κεκληγόντες*, idque pro *κεκληγότες*; itaque pro *ἐῤῥιγότι*? solius productionis caussa?

232. *βαινουσέων*] cfr. I. H. Voss. Epistoll. mythologg. [I, p. 232].

245. *χάλκεον ὀξὺ βόων*] nimium videtur et a bono usu alienum *χάλκεον ὀξύ*. Paullo tolerabilius fuerit, si verbum componas *ὀξυβοᾶν*, quod contra Homericam quidem consuetudinem esset, sed ad similium verborum analogiam. At *χάλκεον* de femineo ululatu? Coni. ap. Koehl. marg. *χαλκέων* non infelix lusus est, sed nihil magis.

246. *ἔκτοσθεν*] Heinr. reposuit *ἔντοσθεν*. Senes enim intra moenia relinquendi erant. Bene, si de arte poetae agitur; nunc mulieribus hoc tributum, ut intra urbem *ἐπὶ πύργων* eiularentur; ita sequitur *ἔκτοσθεν πυλῶν*.

254. *βάλλ' ὄννχας*] pro *βάλλον* vitio poetae haud dubie, fortasse cogitantis *ἑκάστη* ex *πᾶσαι*, ut iam alii putarunt. Secure gl. Bav. ad *βάλλ'* addit *ἔβαλλον*, numeris metricis bonam grammat. iugulantibus. Alia manus in marg. vet. edit. adscripsit *βάλλ'* pro *βάλλον* dici propter *ον* sequens, quae ratio nimis ingeniosa est necdum audita.

κατῆεν] Ita scribendum sine dubio, cfr. Buttm. [I, p. 362] * Ridiculum est, quod vitium, cui tam facilis medela afferri poterat, tam diu incompertum mansit.

Dolebunt emendatores, hunc versum subduci non posse.

259. *οὔτι*] * Neque haec vox apta est, neque totum membrum recte compositum; neque *μὲν* post *ἠ* dici posse videtur.) Nondum video lucem, ne

grammaticam quidem. * Neque quidquam confidenter corrigi potest.

265. ἀϋσταλέῃ] bene sic Ald. vulgo αὐστ.

266. μακροὶ δ' ὄνυχες χείρεσσιν ὑπῆσαν] * Haec quoque male consarcinata. De unguibus enim iam antea dixerat.

268. ut supra 174.

270. παρὰ δ'] * Cur πάρα (sic ut posui) pro παρῆν positum sumi nequit? cur non pro futuro exempla quoque?

274. ἤγοντ'] ἦγον τ' Heyn. ad Hom. Σ, 495, perperam, ut videtur. τε malo loco positum esset.

277. τοῖσιν δὲ] Heinrich. τῇσιν proposuit ex τῇσι, quod tres codd. praebent! bene, nisi forte poeta simul ad τοὺς ἄνδρας 272, 3 respexit. Quin offendit etiam quodammodo antea ταὶ δ' ἀγλαΐῃ τεθαλυῖαι, substantivo non praemisso. Ideo quis corrigat δμωῶν pro δμώων, ut Guietus olim? At faces a mulieribus praelatae!

281. ἔνθεν — ἑτέρωθε] * Quis unquam ita loquutus est? neque tamen ἑτέρωθι reponi poterit.

283. τοίγε μὲν αὖ] * Quanquam repetitio earundem vocum τοίγε μὲν αὖ absurda est, tamen eam genuinam putem. Nihil poeta nisi sonum quaerit; ut Hispanicos aliquot poetas verba sonantia conquisivisse aiunt, sive significantia, sive non significantia.

285. cfr. vs. 272, ubi ferme iisdem verbis usus est.

287. Scite Gaisfordius contra Tittmannum. * Hinc homo insanus quaecunque potest coacervat.

290. ὡςεί Δημήτερος ἀκτὴν] inutile additamentum. An vere de frumento loquitur?

291. ἔπιτνον ἀλωῇ] cur ἀλωῇ plane omittit Gaisf.? Minus cogitanter.

293 — 300. * Haec permira sunt. Videri posset duplex recensio esse, nisi tales homines ipsi

varia inferre solerent [1]); neque Etym. M. alia invenit. I. H. Vossius v. 293 *ἐν ταλάροις* voluisse videtur. In v. 296 *ἐφόρευν* sine accusativo positum est.

297. *κλυτὰ ἔργα*] * pluralis quamquam saepe usurpatur, h. l. tamen minus aptus est.

299. * Haec nimis turpia sunt omnemque sententiarum nexum corrumpunt. Versus 299 ex superiore loco (282) forte huc delatus est. *μελάνθησαν* inutile additamentum; reliqua suspicionem supra positam confirmant, non nisi variatam esse a poeta orationem. — *γε μὲν* huic homini expletiva est particula cfr. 209. Nos autem si unum modo versum eiecimus (*ὀβελίζομεν*), non adversabimur tamen, si alii plures delere, vel totum immutare carmen, vel omnino novum malint componere, quod non nimis est difficile. Praecipue equidem a v. 296 usque v. 300 omnia uncis incluserim, cfr. Guiet.

302. *λαγὸς*] forma dorica in epico carmine vix ferenda; quasi voluisset poeta Hesiodum imitari.

303. *καὶ καρχαρόδοντε κύνε πρὸ*] *πρό* sic reiectum paullulum ab usu abhorret, vera tamen lectio videtur. Familiaris olim coniectura *ἄνδρες θηρευταί, δύο τε κύνε καρχαρόδοντε* parum quidem modeste, neque opus addito *δύο*, quum venatici canes fere duo intelligantur, quasi copulati.

305. *ἔχον* et *εἶχον* nimis saepe repetita.

318. *θαῦμα ἰδεῖν καὶ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ*] Inepta adiectio, sed qua voluit sequentia nectere, *οὗ διὰ βουλάς*. — Quin hoc quoque offendit, quod nunc demum et obiter dicitur Iuppiter Vulcano hoc opus imposuisse; quid? quod ne illud quidem eo loco, ubi debebat, narravit, a Vulcano et clypeum, non tantum ocreas, fabrefactum esse, sed post versus

---

1) »*Sieht ganz aus, wie eine alte Variation, Doppelstelle, wenn sich so einer nicht selbst variirte*« sunt verba Wolfii.

aliquot iam describendo clypeo insumptos tandem commemoravit, v. 219 et saepius postea, ut 244, 297, 313, interdum quia laborabat de clausulis.

321. *θόρε*] repente post longissimam quietem heroum redit ad actionem: prout verborum et loquutionum aucupium eum huc et illuc agit.

ἱππείου — δίφρου] contra epicorum omnium usum et rationem.

324. *καμπύλον ἅρμα* bene, ex Hom.

330. *δέ τοι ἔπος ἐξερέω*] *Ita tolerabile certe, si cum Homerico usu comparaveris; *τι* certe ferri nullo modo potest, quanquam *ἐξερέω* quoque nusquam, ut h. l., usurpatur. — At — nihil interest.

331. Admirabilis h. l. est providentia divina. Praescit dea, Cygnum etsi defensum a patre Marte propugnatore primum casurum esse.

333. *αὐτὸς*] ut 425. Tu ipse vero.

338. Mireris, inquit doctus interpres (Heinrich. ad h. v.) deam ascendere currum dici, unde antea non descendisset. Nos, quibus tot alia in h. carm. mirabilia occurrunt, quaereremus potius, quem currum significaret, deaene proprium an Herculis; nam non semper curru vehi deam, notum est. At si Herculis, qui fieri potuit, ut et deam tertiam personam caperet *δίφρος*? cfr. 456. At ubi adhuc sedentes cogitabimus Martis comites (Il. *δ*, 440 et ibi Intptt.) mox cedenti deo succurrentes, v. 463? unde nobis repente accurrunt? ubi antea sedebant? Ad Olympum v. 466 revertebantur; inde ergo repente venerant. Etiam hic machinae sunt poeticae. Similiter Pallas *ἐξίκ. Οὔλυμπόνδε* 473. — Ceterum Martem et Cygnum in eodem curru sedere, nemo dubitabit, v. 61.

340. *Διόγνητος*] non sic Hom. At v. Hes. fragmm. XXI, Gaisford.

341. *σμερδαλέον θ' ἵπποισιν*] Ne hoc quidem *θ'* deleverim; *ον in arsi ita positum ubi tandem reperitur praeter h. l.?

344. *ἀνασσείσασα*] cfr. Hymn. Apoll. 344.

345. *πυρὶ*] * propter hiatum confer Il. 13, 39.

348. *ὀξεῖα χρέμισαν*] * num *ὀξέως ἐχρέμισαν*? neque vero tam vulgari sermone poeta uti voluisse videtur [1]).

350. *πέπον*] ignave, vertunt, non pro reliqua sermonis lenitate, at cfr. 357.

351. *τε πόνου*] pro *πόνου τε*? at quis sic? cfr. 395.

352. *παρὲξ ἔχε*] Paullo post *εἶκε παρέξ*. Vana circumloquutio, quales satis tolerabiles, ubi non eadem verba iterantur.

354. *ὁ γάρ*] grave additamentum, ut describatur quid sit rex. An tamen hoc sensu alibi *προβεβηκέναι*?

357. *τελευτήν*] v. Koeppen ad h. l.

361. *μενεαίνων*] ubi sic? cfr. Schneid.

363. *οὐταμένου σάκεος*] i. q. *νύσσειν σάκος*. Bene Voss.

364. Versum a Guieto proscriptum nemo sane probabit duas ob caussas. Sed durum est pauperem poetam pauperare versibus moleste conquisitis. Ac primum quidem insolens *σάκος* prima producta; sed ut *σάκκος* pro *σάκος* invaluit, ita et in illo duplicari posse *κ* credidit, opinor; nisi obliviscamur, quali in carmine versemur, ut vs. 461, ubi Harl. habet *σαρκός*, quod mendum non infelix putabunt plerique; nec profecto scimus, an probabilem auctorem habuerit. Deinde vero magis etiam optes, ut hic versus absit, ob sententiam. Disconvenit enim vs. 415. Ibi enim quum clipeum Herculis transfodere non valeat Cycnus, *ἔρυτο γὰρ δῶρα θεοῖο·* his contra valuit Hercules Martis non minus profecto *Ἡφαιστότευκτον σάκος*; mox et 461 Marti

1) »*Wol nichts? der Herr wollte vornehmer reden.*«

Hercules traiicit clipeum, nisi Guieti remedium praeferes.

366. ἔνθα κε] Vertunt: Ibi — fuit. At adeo invito usu Graeco, κε, ut speramus, non potuit ponere pro simplici expletiva particula cfr. 336.

371. ταῖς] * haec vox semel, non bis posita offendit glossatorem Bav.

373. An hodie quoque probet correctionem suam, ex eadem caussa ductam, unde illa est vs. 222, Hermannus, dubito.

381. Ἑλίκη Thessalicum oppidum Strabo VIII, p. 390. C, quod iam Casaubonus notavit.

386. χαλεπὸς προϊδέσθαι] quis ita? et quid est?

390. ἔἴκτην] importunus consarcinator in tali loco vel una hac forma facile se prodit, quae mutuata ex narrationis tenore hic male convenit inter quatuor praesentia.

393. Hinc per novem versus interrumpitur filum finitione temporis, quo acciderit pugna praeter exspectationem. In meliore poeta id ut emblema insiticium amoveres. Hic vero voluit, opinor, interiectis his vss. taedio occurrere, quod tot similitudines afferre potuerint.

396. πανημέριός τε καὶ ἠῶος] ὕστερον πρότερον, οὐχ ὁμηρικῶς, pro mane et per reliquum diem. Hoc enim sic dixit, ut iste, qui de universo orbe et circumiacentibus vicis.

397. Ineptus versus, qui omittendus est. Nam quum versibus prioribus summae aestatis tempora describere voluisset, nunc non licebat nude ipsam aestatem adiicere.

398. ἦμος δὴ] al. τῆμος. Heinr. ἦμος δὲ nescio unde. Τῆμος certe falsum est; nam vs. 398 — 400 uberior est explicatio protaseos, apodosis autem v. 401 redditur.

400. Male huc intrusum versum putabant plures, primus Eichhornius in diss. de re numma-

ria Arabum, deinde alii. Est sane inter Hesiodi fragmenta. An apto loco sit quidque, non curat nimium poeta.

401. *μάρναντο*] hic exit sententia; sed spiritus etiam, aegre iam ductus, deficit poetam. Defectum explet nota formula. Sed nemo non sentit miserum laborem hominis.

405. In summo verborum splendore et strepitu ad nihilum recidit sententia. Momenta similitudinis: Ubi loci fera viribus defecta procubuerit, nesciens venator, utpote viarum regionis silvaticae ignarus et disquirere omittens. Sed iacentem feram animadvertunt vultures, advolant et cum clangore de possessione praedae dimicant. Etiam singula ostendunt; statim *οἱ δὲ*, deinde *μαχέσθην*, et hoc similis fraudis, ut 390 *εἴκτην*, iudicium offert; tum 409 futurum *ἀπαλήσεται*, nisi illud pro aoristo accipere velis; nam *ἐνόησαν* pertinet ad id quod dixit, *αὐτὸς δ' ἀπαλήσεται ἄλλῃ, χώρου ἄϊδρις ἐών*. At extremo quid voluit illustratum hoc omni verborum strepitu? Clamorem et sonitum irruentium heroum. Respondent certe inter se *δεινὴ ἰαχή*, *κλάζοντε* et *κεκλήγοντες*. Sed eiusdem fere rei caussa iam ante aliam similitudinem disperdiderat; et quod h. l. nostro est *ὡς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν*, prope nihil discrepat ab istis, *ὥς οἱ ἐπ' ἀλλήλοισι πέσον, μέγα κεκλήγοντες* 379.

* Ceterum tres versus ex Homero descripti, cfr. *Π*, 428, ubi Heynius mire de interpolatione loquitur.

413. *ὑπερμενέος*] cfr. *Θ*, 688, 712.

415. *χαλκόν*] Cur non ab initio *χαλκόν* tamquam materiem memoravit? quia per se patebat.

416. *Ἀμφιτρυωνιάδης δὲ βίη Ἡρακληείη*] An ullus alius hoc aut similia ita iunxerit? * Sed bella variatio, ut mox 424.

418. *θοῶς* et *ἐπικρατέως*] *adverte adverbiorum copiam.

420. ἔμπεσε] in Cyonum. Si aliud compositum esset, non cum ἐν, ferri posset Diaconi ratio.

423. vs. pauperculus, post ὡς ἤριπεν sequitur ὣς ἔριπ'. Reliqua facile in promptu erant ex Homero.

424. ταλακάρδιος] ubi sic? cfr. 448.

425. αὐτός] ut supra in exhortatione.

430. cfr. 426 δεινὸν ὁρῶν ὅσσοισι.

431. γλάφει] simpliciter, nullo substantivo addito?

432. ἐς ἄντα] οὐχ Ὁμηρικῶς.

433. σχεδὸν ἦλυθεν] * Iam supra σχεδὸν ἐλθεῖν. Ita similia, vel eadem adeo iisdem verbis iterantur; ἀχνυμενὸς κῆρ coll. c. περὶ παιδὸς κοτέων, 434. ἄντιος ἔστη, 434 et 444. λαὸς πολλὸς ἠγείρετο 475. ἀπείρων λαός 472.

438. ἠχή] adverte propter digamma.

441. βρισάρματος] raro ita usurpatur.

446. μένος κρατερὸν] Ὁμηρικῶς.

450. οὐ πεῖθ' Ἄρεος μεγαλήτορα θυμόν] certa fide caret forma Ἄρεως. Ubique est Ἄρηος vel Ἄρεος; hoc posterius etiam in cod.; quare praetulimus. Diversa mensura est etiam vs. 98, quae nemini placebit varietas, nisi omnibus locis Ἄρευς pronuntiandum. Harl. πείθετ' Ἄρης μεγαλήτορι θυμῷ.

454. ἑοῦ] sine digammate.

456. ἕτραπ' ὀρεξαμένη] qualis et ubi est hic numerus?

461. σάκος] hic certe σάκος priore syllaba producta volet loco reddere. Talis homuncio nullum sibi versum eripi patitur! *(So ein Wicht lässt sich keinen Vers nehmen).*

462. μέσσῃ] * ea vox quanquam non urgenda est, tamen ubi similia Homerus dixit?

468. Κύκνον συλεύσαντες] σκυλεύσαντες idem est, quod ap. antiquiores συλεύσαντες s. συλήσαντες. In

σκυλεύσαντες plerique codd. consentiunt; at συλήσαντες est in Ald. Iunt.

474. cfr. 580.

476. φίλον μαχάρεσσι θεοῖσιν] * nihil nisi adsumenta, sicut si quis nostra aetate ex gradu ad Parnass. P. Morellii versus pangit.

479. Λητοΐδης] Eadem ratione in Hymnis Homericis.

480. Πυθώδε] cfr. Od. Λ, 581.

Vel qualis, relicta patria tellure et aedibus suis,
Thebas venit, Mavortium sequuta Amphitryonem,
Alcmena, filia bellatoris Electryonis.
Quae mulierum tenerarum genus omne superabat
Forma et proceritate: mente autem nulla ipsi certabat
Earum, quas mortales mortalibus pepererunt concumbentes.
Illius a capite et nigricantibus palpebris
Tale quiddam spirabat, quale aureae Veneris est.
Ea tamen ex animo venerabatur coniugem suum,
Sicut nulla umquam mulierum venerata est virum:
Etsi patrem eximium ipsi occiderat, vi domitum,
Indignatus propter boves. Tum ille relicta patria
Thebas venit, supplicans scutatis Cadmeis.
Ubi ille habitabat cum veneranda coniuge
Sed seorsum a desiderabili concubitu: non enim licebat ei
Prius lectum conscendere formosae Electryonidis,
Quam caedem ultus esset fratrum magnanimorum
Suae coniugis, flagrantique igne combussisset vicos
Fortium virorum Taphiorum et Teleboarum.
Nam hanc sibi legem imposuerat, diis testibus adhibitis;

Quorum ille ultionem metuebat, festinabatque quam citissime
Exsequi praeclarum facinus, quod ipsi ab Iove commissum erat.
Eum vero simul belli pugnaeque cupientes,
Boeoti equorum domitores super clypeis spirantes,
Locrique cominus pugnantes et magnanimi Phocenses
Sequebantur, quum duceret eos praestans filius Alcaei,
Glorians copiis suis. At hominum pater et deorum
Aliud machinabatur animo, ut diis pariter
Et sollertibus hominibus calamitatis depulsorem gigneret.
Perrexit igitur ab Olympo dolum profunda mente volvens,
Concubitum desiderans pulchre cinctae mulieris
Nocturnus; celeriterque venit ad Typhaonium, unde rursus
Ad Phicii cacumen accessit prudens Iuppiter:
Ubi residens mente mirabilem rem versabat.

APPARATUS CRITICUS.

PRAEFATIO.

Fridericus Augustus Wolfius licet in hanc paene devenisset sententiam, nihil ut commodi ad emendandas Hesiodi reliquias ex libris manu scriptis redundaturum esse augurarelur: tamen ipse aliquando collectionem criticae supellectilis instituit, sed eam, ut reliqua omnia, quae Hesiodi caussa susceperat, inchoatam reliquit. Nostrum igitur videbatur, hac quidem in parte, si fieri posset, consilium eius persequi: id quod eo promptiore aggressi sumus animo, quo maior esse videbatur Muetzellii auctoritas, de emendatione Theogoniae Hesiodeae disputantis, qui futuros poetae editores illustri aliquo exemplo proposito ad opes criticas et conquirendas undique et summa cura excutiendas admonuit. Itaque colligere statui, quidquid ex libris scriptis et editis ad Scutum Herculis recensendum peti posset, ut et mihi pateret et aliis, numquid esset bonae frugis inde sperandum.

Qua in re profecto Muetzellio feliciores fuimus. Primum enim inter Wolfii reliquias servatum accepi Jo. Bernh. Koehleri apparatum, Parisiis et Monachii ex quinque codicibus collectum, cfr. Wolf. Anall. litter. III, p. 273 seq. Contulit enim ille cum Heinsiano exemplo (a. 1603) codd. Parisienses 2708, 2772, 2775, 2855; non ita, ut omnem scripturae enotaret diversitatem, sed ut delibaret,

quae potissima viderentur, et farraginem scholiorum describeret. Maiore vero cura et studio versatus est in Monacensi codice exigendo, propter quem librum iam a Bernhardyo, Dionysii Periegetae editore, diligentiae sibi laudem paravit, praef. p. XXXIII. Tam accurate enim librum descripsit, ut vitia nulla praeteriret, scribam primarium a correctore semper discerneret, glossis describendis operam daret, et Diaconea scholia, quanquam non integra, denuo exigeret. Praeterea idem ille Aldinum exemplum et Juntinum prius eadem, qua Bavaricum codicem, diligentia excussit. Deinde Godofr. Hermannus tam benevolum mihi se praebuit, ut cod. Vitebergensis collationem accuratissime ad Trincavellinum exemplum a se institutam suaque manu descriptam meum in usum mihi concederet. Tum Fr. Ritschelius Rehdigeranum codicem, iam ab Heinrichio usurpatum amicissime ad Dindorfi exemplum comparandum curavit ab adolescente docto, Guilielmo Marckscheffel.

Haec iam possidebam, quum Quedlinburgi versarer; Gottingam vero postea delatus mox ex Dissenii sermonibus iucundissimis laetam spem concipiebam, fore ut quae Fr. Thierschius aliquando collegisset, intercedente amico eius antiquissimo, in manus meas venirent. Atque expertus sum insignem viri eximii liberalitatem et benevolentiam. Quae enim Thierschius e Parisiensibus codicibus (a. 1813 et 1815) enotaverat, et margini editionis Schrevelianae Lipsiensis, a. 1684 adscripserat, ea mihi misit omnia, inter quae collatos repperi non Koehleri codices solum 2708, 2772, 2833, multis partibus accuratius, quam ab illo, exactos, sed alium praeterea librum Parisiensem, et eum, quem olim Dorvillius contulit, nuper autem Gaisfordus publici iuris fecit. His accedit cod. Florentini s. Schellershemiani collatio, manu Rinckii iunioris facta.

His vero opibus instructus, quum ad hunc

apparatum adornandum me accinxissem, ac iam perfecissem pleraque: praeter omnem exspectationem contigit mihi, Welckero, viro praestantissimo, intercedente, ut etiam ea nanciscerer, quae Heinrichius ad novam Hesiodi editionem parandam collegit. Quae quanti sint pretii, nolim colligat aliquis ex hoc apparatu critico ad Scutum edito; in quo profecto ipse non procul absum a severo Fr. A. Wolfii iudicio. Sed ad Opera et Dies multo potiora exstant; neque ad Theogoniam corrigendam desunt adiumenta. At haec ipsa, quae nunc vulgantur, si Scuto emendando minus inserviunt, testimonio tamen erunt luculentissimo, unde editoribus futuris in his tenebris lux exspectanda sit.

Inter Mosquenses codices, quos a. 1774 Matthaeus contulit, duo Scutum continent, quos nominavit Mosq. b et c, simillimi illis, quos Parisiis accepimus. Praeterea ap. Heinrichium reperimus collationem cod. Paris. 2551, excerptam, ut ait Heinrichius, diligentia G. Koësii, Dani, ad exemplum Loesnerianum. Haec nova: inest praeterea cod. 2708, a Koësio et cod. 2833 a Brunckio collatus; sed a Koësio iterum diligentissime ita excussus, ut Brunckiana, ubi minus accurata essent, emendatione iuxta posita corrigeret.

Ita factum est, ut codices nonnulli apud me sint ter aut quater a viris praestantissimis collati, ut cod. Paris. 2708 a Koehlero, Fr. Thierschio, Greg. Georgiade Zalyco, G. Koësio; et cod. 2833 a Bernh. Koehlero, Fr. Thierschio, Ric. Brunckio et Koësio. Qua in re profecto vere et iure lamentari possumus, quod viri eximii libris tam recentibus tantam operam tam exiguo fructu navarunt.

Venerunt autem praeterea in manus meas, quae Heinrichius ipse elaboravit; quorum unum est, quo in hoc apparatu adornando uti potui, exemplum editionis Heinrichianae, in quo textum ipse emen-

daverat, et in marginem nonnulla coniecerat. Haec meis addidi, non suppresso Heinrichii nomine; neque reliqui intacta, si qua praeterea in eius chartis reppereram.

Praeterea, ut par erat, et congessi, quae iam a prioribus Scuti editoribus ex codicibus excerpta vidi, et ipsos editores ab Aldo ad Goettlingium usque consului plerosque; si quid esset alicuius pretii, notavi; nonnulla etiam, quae nullius essent, librorum indolis aperiendae caussa non praeterii.

Quod superest, libros manu scriptos, qui huius apparatus in fontibus fuerunt, notasque, quibus singulos quosque significavi, infra exhibui.

A. cod. bibl. reg. Paris. 2708
B. cod. bibl. reg. Bav. 283
C. cod. Vitebergensis Hermanni
D. cod. bibl. reg. Paris. 2551
E. cod. bibl. reg. Paris. 2773
F. cod. bibl. reg. Paris. 2772
G. cod. bibl. reg. Paris. 2833
H. cod. Harleianus Robinsoni
I. cod. Mosquensis b
K. cod. Mosquensis c
L. cod. Cantabrigiensis Gaisfordi
M. cod. Mediceus Dorvillii
m. cod. Parisiis a Thierschio collatus
N. cod. Paris. Thierschii
O. cod. Paris. (2763) Ruhnkenii
P. cod. Palatinus Commelini
S. cod. Schellershemianus s. Florentinus
T. cod. Venetus Triclinii
V. cod. Vratislaviensis s. Rhedigeranus.
Diac. scholia paraphrastica Diaconi
d. scholia technologica alius Diaconi
f. scholia paraphrastica cod. F.
gl. b. glossae cod. B.
Mon. sch. scholia Monacensia cod. 91
Bas. sch. scholia quae Tzetzae dicuntur ab Oporino edita.

His accedunt et codices Florentini, Neapolitani, Parisienses, a Lennepio collati, ex quibus quae ap. Boissonadum excerpta leguntur, iisdem verbis indicavimus; et codd. Pariss. 2678 et 2877, quorum sex septemve versus Koësius describendos curavit; et cod. Vossian.

Editiones singulas non enumerabo: has enim omnes, ne Aldino quidem et Trincavellino libro exceptis, quos codicum instar esse et ex codicibus expressos, nemo nescit, ita significavi, ut ipsis editorum nominibus uterer.

Inscribitur carmen in B., ut in Ald. Iu. Bass. *Ἡσιόδου πόνημα* (hoc quidem vere et significanter) *περὶ τῆς ἀσπίδος τοῦ Ἡρακλέους*. Wolf. Una littera mutata Bog. et Schmidt. *Ἡσ. ποίημα* cet. Sed nec quod vulgo fertur, *Ἡσιόδου ἀσπὶς Ἡρακλέους*, ap. Trinc. primum exhibitum, ipsius poetae esse videtur, cuius in carmine nusquam *ἀσπίδος* nomen exstat, nedum Attica genitivi forma. Veterum vero scriptorum quicunque carminis meminerunt, Herculis nomine non addito, simpliciter illud *Ἀσπίδα* vocare solent, ut Longin. de sublim. p. 56. Apollod. bibl. II, c. 4. p. 138 Heyn. Theodos. gramm. p. 54, Suidas s. v. *Ἡσίοδος* reliquique omnes. Servii enim *ἀσπιδοποιΐα* ad Aen. XII, 164 (T. II, p. 66 Lion) ex errore nata est, cfr. Graev. lectt. Hess. c. 17 in. Muetzell de emend. Theog. III, 12. p. 508. Rectius ab Hermog. Progymn. c. 2 pars Homerici carminis *ἀσπιδοποιΐα* appellatur.

1. *Ἡ οἵη*] Varias corruptelas habet in libris, unde tamen nihil disci potest; ut in F. *οἵη δὲ προλιποῦσα*, superscripto *δὲ*, ubi *δὲ* est correctoris, quum syllaba versui deesset, antea ut minio expleretur omissa. Sed ibi (in F.) *O* tanquam initiale rubro pictum est. Wolf. Enarratores carminis nostri, qui supersunt, omnes primos hosce versus non áliter interpretantur, ac si verum sibi legere visi essent et legitimum singularis alicuius carminis initium; aliunde aliquid petendum et cogitatione addendum esse, quam viam recentiores interpretes post Clericum inierunt, non intellexerant; neque advertit illos quidem, quod versus quinquaginta sex ex Eoeis petiti esse traduntur. Unde colligas, ipsos Eoearum libros in eorum manus nunquam venisse. Ceterum *ἦ οἵη* legerunt, non *ἦ οἵη*, quod exhibet lemma Mon.; praeterea unum illud *η παρέλκεται* in scholl. Bass. dubitationem movet, cfr. p. 23 et 83. In vocula *οἵη* d. a reliquis omnibus dissidet, ubi *οἵα* legitur et ex legibus grammaticis explicatur; ita saepius vulgaris loquendi ratio in exempla huius carminis irrepsit. Libri scripti quid exhibeant, non semper accurate notatum est. *Ἡ οἵη* C., ita ut prima littera sine accentu et spiritu exhibeatur, nec scias, utrum *ἦ*, an *ἦ* voluerit. Eadem ratio ap. Ald. — *ἦ οἵη* A B S et cod. Par. 2678, quod unus Bog. recepit, transferens ille »O qualis,« quod ex Basil. »Heu qualis« refinxit. (In B. [c] *οἵη* littera prima omissa et interpretatione inter versus addita *θαυμαστή* et alia manu *ἦ ἦ ὁποῖα*.) — *η οἵη* K., quod Trinc. recepit Wassiusque et Robinsonus probarunt, *ἦ οἵη* illa sola interpretati, cfr. Obsvv. Miscell. vol. III, t. I, p. 81. — *οἵη δὲ* F. — *τοίη* I. M. ut in Iunt. 2 Farr. Benenat. In Iu. 1 *οἰη*, sed spatio relicto, ubi littera prima scriberetur.

Antiquiores autem testes si circumspicimus, primus se offert locus ex scholl. Venn. ad Il. *τ*, 432, p. 527, 50 Bekk. ubi in cod. A legimus

»ἑῆος δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπὸ τοῦ ἠῶ· ὅθεν καὶ τὸ· ἠοίη προλιποῦσα δόμους« quae verba praeterea in schol. Townl. et Mosc. exstant. »Quale tandem hoc monstrum« ait Heyn. t. VII, p. 680, immemor Etym. M. 439, 55. s. v. ἠΰς »ὁ δὲ ἀγαθὸς παρὰ τὴν ἠώ (scr. ἠῶ), ἵν' ᾖ ὁ ἡμερος« unde scholiastae sententia qualis fuerit intelligitur. Somniabat enim, ab Aurorae nomine deducendam esse ut vocem ἠΰς, ita formam femininam ἠοίη ap. Hesiodum et eadem utrumque notione dici, qua ἤμερος ab ἡμέρα, ut sit ἀγαθός, vel πρᾷος. Veterem igitur aliquo modo coniecturae suae auctorem habebant et Guietus, quum Alcmenam matutinam, ἠοίην, fingeret, et Palmerius, quum Hesiodum in Orientalibus laudaret, Graec. antiq. p. 331, cuius verba repetiit Epkema, Act. Societ. Traj. p. 275 immerito propterea a Boissonado ad Hesiod. p. 190 reprehensus. Nos nihil ex hoc loco colligimus, nisi fuisse inter grammaticos, quibus ἠοίη una vox videretur, qualis est ap. Hermesianactem, in notissimo fragmento, p. 150 Schneidewin., et in nomine vulgari Hesiodei carminis, ap. Hesych. s. v. Ἠοῖαι, in Etym. Gud. s. v. Ἤοιαι, (mutato accentu,) et saepe alibi. Huc pertinet Hesychii glossa, I, p. 1659 Ἤρωαι, αἱ λεγόμεναι Ἔννοιαι, ubi iam Valesius de Hesiodi Eoeis cogitavit. Similiter loci alii ex hoc Hesiodeo carmine hausti vulgo scribi solebant, ἠοίη, ut in scholl. ad Pind. Pyth. IX, 6 et IV, 55, cfr. Boeckh. II, 1, p. 346 et 401. Nec praeteriri potest liber Sosicratis Phanagoritae, cuius Athenaeus meminit, p. 590, b, »οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Ἠοίους, ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου« Dind. p. 1313, ubi tamen in nonnullis libris Οἴους et Οἵους reperitur. Omittimus alia.

Sunt enim alteri quoque sententiae, qua voculae dissecantur, testes sui. In loco Eoearum a Strabone bis laudato, p. 442 et 647 Casaub. ex libris editur ἢ οἵη, quanquam ibi quoque diversa

scriptura notatur. Eodem trahere possis, quod Schneidewinus meus in praestantissimo Delectu poesis elegiacae, p. 151 ex Theognosto Crameri, II, 18, 26 attulit »*Οἵας· ἀρχὴ καταλόγου.« Deinde in scholiis Venetis ad Il. *β*, 496, p. 80, b Bekk. (cod. A.) si ex Hesiodo affertur »*ἡ δίη Ὑρίη Βοιωτίη ἔτρεφε κούρην*,« unde Eustathius I, p. 265 Rom. sua hausit, »*ἣν δίη Ὑρίη Βοιωτίης τρέφε κούρην*;« si nihil aliud, certe vocum distractio probari videtur. Ceterum Ruhnkenio epist. crit. I, p. 109 et Vossio *Randgl.* p. 80 melius locum restituerunt Heynius ad Il. *β*, 496. Muellerus Orchom. p. 504 et Bekkerus. Sed favet huic sententiae, quod Casaubonus ad Strabonem p. 26 ex Sophoclis schol. admonuit, »οἷος vocem esse *τῇ ἀπαριθμήσει* valde accommodatam,« cuius rei testem ille Timonem in Sillis excitavit, quem in philosophis enumerandis hac voce usum esse scimus. Ita Sophocles in Oedipo Coloneo septem duces commemoraturus, exorditur »*Οἷος δορυσσοῦς Ἀμφιάρεως*,« vs. 1315. Huc pertinent etiam »versus a Fed. Morello ad calcem Strab. Casaubon. p. 275 editi« (ita Heinr. in mg. p. 110), quos Tzetzae esse et ex Antehomericis petitos iam dudum intellectum est. Differt non magnopere scholiastarum nostrorum ratio, *ἡ θαυμαστή* interpretantium, quam eandem sententiam requirebant, qui *τοίη* reposuerunt. Ut enim *τοῖος* a glossographis antiquis *ἐπὶ θαυμασμοῦ* positum putatur, cfr. Hesych. II, p. 1398; schol ad Apollon. Argon. I v. 5. Lehrs Aristarch. p. 44; ita vocem correlativam οἷος eandem admittere rationem censebant. Nec immerito; cfr. v. 106 et Theocrit. XVII, 13. 34 c. not. Wuestem.

Haec qui consideraverit, acquiescet quidem mecum in vulgari interpretatione, sed eam ab omni parte tutam esse non putabit.

δόμους] *δόμον* si in vulgato textu esset, nemo mutaret, opinor. Ex uno L notatur, qualia ne hic quidem repetemus, praesertim solitaria si sunt et nemini utilia. Wolf.

2. *Ἀρήϊον* Wolfius solus scripsit, ut 66 et alibi; reliqui omnes *ἀρήϊον*. Idem ille in Homero fecerat, in his quoque levioribus rebus summam requiri constantiam ratus, cfr. praef. ad Hom. p. LXXIII. — In interpretatione Basil. altera, p. 255 editum est vitio typographico, ut videtur, »secuta maritum Amphitryonem,« quanquam non esset difficile, vel versum talem inde procudere *μετ' ἀκοίτην Ἀμφιτρύωνα*, vel alias caussas interpretationis liberioris fingere. Neque attulissem, nisi idem repeti viderem non solum a Io. Ramo de Goes; »Et Thebas Alcmena virum comitata reliquit,« sed etiam a Commelino, Pasore, Heinsio, (1613) Clerico et Graevio, qui omnes interpretationem multis cum vitiis repetere, quam diligenter emendare maluerunt. — *Ἀμφιτρυόνα* S. *Ἀμφιτρύωνα* reliqui omnes libri scripti et editi, cfr. Eustath. ad Il. λ, p. 859, 18.

3. *Ἀλκμήνη* H. — *Ἠλεκτρυῶνος* accentu in penultima syllaba posito, cod. Par. 2678, T. Trinc. Bog., eandemque scribendi rationem Trinc. in scholiis constanter tenuit, in quibus semper *Ἀμφιτρύονος* et *Ἠλεκτρυῶνος* legitur, de qua fluctuatione cfr. Heyn. ad Apollodor. p. 129, Heinr. et Goettl. ad nostr. loc., Herm. Opuscc. VI, p. 193. — Ceterum in voce *Ἠλεκτρύωνος ὑω* in unam coire pronuntiando syllabam, iam dudum intellexit Wintertonus ad h. l. et contra Bailium defendit. Ita Goettling. contra Wolfium, *über ein Wort Friedrich's des Grossen*, p. 49; neque aliter Matth. Gr. Gr. §. 24 et Thiersch. p. 149, 3. Hesiodum in usu Synizesis Homero liberiorem esse, observavit Spitzner. de vers. Heroico, p. 187, idemque hac in voce eam admissam statuit, p. 95. Hanc sententiam Heinrich. in margine sequutus est.

4. *ἦ ῥὰ* plurimi libri. *ἦν ῥὰ* I M m. *φῦλα* 2877 *ἐκαίνυντο* S.

5. *εἴδει τε* m F. *εἴδεΐ τ' ἐν* e correctione C. ex Diac. ut videtur, »*ἐν τῷ κάλλει καὶ τῇ φρονήσει*.« — *γέμεν* A V 2678, Winterton. *γέ μιν* C. Ex reli-

quis libris nihil notatum est. γε μὲν extat in cod. Par. 2877. cfr. Buttmann. ad Arat. exc. II. γὲ μὲν Ald. Bass. Bog. γε μὲν iam Iuntt. Frob. Trinc. μιν ferri nequit, quia ἐρίζειν interdum sine dativo reperitur, ut Il. β, 555, nunquam cum accusativo. — ἔριζεν Wolfius post Trincavell. ex T., eandem legem secutus, quam in Homero sibi scripserat, cfr. praef. ad Hom. p. LXIII, G. Hermanni consilio, de emend. rat. gr. gr. p. 22, praef. ad Orph. p. IX, cfr. *Allg. Jen. Lit. Z.* 1805, p. 265; 1809, p. 122.

6. θνητοῖσι B. a m. sec. ad formam ionicam vel metro refragante restituendam.

7. ἀποκρῆθεν] ἀπὸ κρῆθεν disiunctim libri scripti et editi, quantum scio, omnes, excepto C, ubi ut ap. Wolfium, accentu praepositionis abiecto, exaratum est ἀποκρῆθεν. Sed quum in eodem libro legatur ἀποκνανέων, peculiarem haec res hanc videtur habere caussam, quod praepositio hoc in loco a verbo suo disiuncta scribae visa est; cuius usus in nostris codicibus innumera reperiuntur exempla, cfr. Villois. prolegg. ad Hom. p. II Bast. ad Greg. Corinth. p. 795. Scholiastae nostri quid voluerint, ex interpretatione ἀπὸ τῆς κεφαλῆς patet, quae etiam in K reperta est. Antiquius vero habemus testimonium in notissimo scholio Veneto ad Il. π, 548, (cfr. ad IV, 772) quod est Herodiani, (cfr. Lehrs Aristarch. p. 390,) qui ad defendendum Aristarchi iudicium, κατὰ κρῆθεν in Homero, non κατ' ἄκρηθεν exhibentis, nostro Hesiodi loco, tanquam certissimo illius sententiae fundamento utitur. Descriptum illud est ab Eustathio, p. 1257, 54 sqq. in Etym. M. p. 495, 29 sq. et Gud. p. 504, 52; atque ita quidem, ut κατακρῆθεν ab omnibus, ἀπὸ κρῆθεν nonnisi ab auctore Et. Magni iunctim scribatur. Huius unius igitur hoc minus ratio est habenda, quo apertior est fons et origo rerum ab eo proditarum. Quare equidem Wolfii sententiam minus probaverim, cui quominus assentiamur, illud quoque impedit, quod ge-

nitivus τῆς antecedit, et ad κρῆθεν et ad βλεφάρων trahendus; cfr. Voss. ad hymn. Cer. p. 68. Spitzner. de vi et usu praeposs. ἀνά et κατά ap. Hom. p. 22 et animadvers. ad Il. XVI, 548. cui Rost. accedit in lex. Dammiano s. v. καταχρῆθεν; Muetzell. de emend. Theog. p. 110, Matth. Gr. Gr. §. 87. Heinrich. ad marg.

βλεφάρων τ'] Ita libri. Sed quia Eustathius neque p. 1257, 54, neque p. 1363, 58 τε particulam post vocem βλεφάρων exhibeat, huic eam ignotam fuisse suspicatur Hermannus, Opuscc. vol. VI, I, p. 193. Poterat simul provocare ut ad schol. Ven. et Etym. Gud. Il. ll., ita ad schol. Ven. τ, 1, ubi Villoisonus βλεφάρων τ', Bekkerus vero βλεφάρων scripsit. Alia via iam ante Hermannum Heynius hanc in coniecturam inciderat, ad Il. VII, p. 234 »τῆς καὶ ἀπόκρηθεν βλεφάρων ἀπὸ κυανεάων.« Nihil tamen mutandum est; quoniam nec grammaticis testes citantibus in rebus ab eorum consilio alienis magna fides habenda est, neque ratio satis apta excogitari potest, qua τε particula abiecta sententia salva maneat. Ceterum cfr. Soph. Trach. 989 seq. καὶ μὴ σκεδάσαι τῷδ' ἀπὸ κρατὸς βλεφάρων θ' ὕπνον. De Heyn. coni. Heinr. » vix recte. «

ἀπὸ] ἀπο C. ἄπο recte iam Winterton. Goettling. ut Heinrich. in exemplari suo correxit. Muetzell l. l.

κυανεάων] κυανέων contra metrum A B C D E F I M N, et ut ex silentio suspicor eorum, qui hos libros contulerunt, H L P; neque aliter 2678, et 2877; plerique tamen hoc scripturae compendio usi κυανε$^{\chi}$, ut 2877. Editorum autem pars magna vetus hoc vitium retinuit, Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr. Bass. Steph. Benenat. Com. Heins. Graev. — κυανεόντων contra usum sermonis Graeci G K O S V; sed G S ἀπο κυ. V ἄποκυ.; qualem scripturam praepositionis K exhibeat, non indicatur. His in libris quum multa vitia contra metricas rationes re-

periantur, rectius fortasse haec scriptura quam ex correctione metrica deducitur a vitio scribae, qui aut compendium supra positum male intellexit, aut adeo ὄντων ab enarratore aliquo additum adiectivo adiunxit. Recepit hanc scripturam unus Bog. — κυανεάων T et ex antiquioribus Apollon. p. 61, 21; cuius verba leguntur etiam in Ap. lex. Homerico s. v. ἐά; schol. Ven. ad Il. τ, 1 et Eustath. ad Il. ω, p. 1363, 58, quam veram scripturam occuparunt ex T. Trinc., Guietus ex Eustathio, et qui hunc secuti sunt, Cler. Schmidt. Robins. Loesn. Heinr. Gaisf. Boiss. Dind. Goettl. — Unus Winterton. ex coniectura κυανεσίων, in notis tamen κυανεάων praeferendum esse confitetur.

Apollonius, Herodianus et Eustathius α praeter consuetudinem metri caussa additam esse sumunt, ut in voce δωτῆρες ἐάων; de qua vid. Muetzell. l. l. p. 381 et Lehrs qu. epp. p. 66 seqq.; unde Buttmann., *Ausf. Gr. Sprachl.* p. 155, Thierschius Gr. Gr. §. 183, 10, n. Hermannus Opusce. I, p. 151 aliique in genere neutro recte acquiescunt. At Wintertonus et Heinrichius cogitabant de substantivo neutrius generis cum adiectivo feminini iuncto. Heynius vero in alteram Heinrichii suspicionem, ad novam aliquam formam ἡ βλεφάρα delabentis, quam primus Guietus finxit, ipse incidit eamque certissimam esse opinatus est ad Il. *A*, 393, *Ω*, 548. Heinrichium postea sequutus est Passovius s. v., Goettlingius; refragatur Boissonadus, qui βλεφαρῶν certe vel βλεφαρέων a βλεφάρη scribendum Heynio fuisse recte monet; formae ἡ βλέφαρος vestigia invenit Schneidewinus meus in fragmento Ibyci, p. 97., ubi ap. Siebenkees κυανέῃσιν ὑπὸ βλεφάροις legitur; vix tamen credi poterit, si plura reperta essent talis formae exempla, Apollonii aciem ea effugere potuisse.

8. οἷόν τε] οἷόν ποτε C G K O S V, fortasse syllaba πο ex sequente vocabulo πολυχρύσου orta.

Ceterum Alcmenam poeta primo loco videtur cum feminis mortalibus, deinde cum dea com-

parare voluisse. Nec praetereunda sunt, quae in reliquis Hesiodi carminibus et apud Homerum similia leguntur. Ac de Pandora quidem Hesiodus, Opp. v. 65, »καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσέην Ἀφροδίτην,« et de Gratiis, Theog. 910, »τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἴβετο δερκομενάων λυσιμελής· καλὸν δέ θ' ὑπ' ὀφρύσι δερκιόωνται.« Ex Homero huc trahendi versus, Od. Σ, 191. »Κάλλεϊ μέν οἱ πρῶτα προςώπατα καλὰ κάθηρεν Ἀμβροσίῳ, οἵῳπερ ἐϋστέφανος Κυθέρεια Χρίεται, εὖτ' ἂν ἴῃ Χαρίτων χορὸν ἱμερόεντα« (de quo rectius, quam Apollon. lex. Hom. et Hesych. s. v. *Κάλλεϊ*, exposuit Passov. s. v. *κάλλος*,) et quem locum Heinrich. excitavit, hymn. Hom. in Ven. 174 seq. »κάλλος δὲ παρειάων ἀπέλαμπεν ἄμβροτον, οἷόν τ' ἐστὶν ἐϋστεφάνου Κυθερείης,« quibuscum cfr., quae Mitscherlich. collegit ad Hor. Carm. I, 19, 8. Add. Pind. P. 4, 172. coll. c. Hes. Th. 16, h. Hom. 5, 19. — In sequentibus versibus poeta sibi transitum ad Amphitruonem paravit.

9. ὡς] ὡς sine accentu I ut Heins. ὃς L. »In nostro loco καί sententiam prioribus adnectit, et ὡς est mera eaque solennis comparandi formula, quod facile animadverti potest, cum sequenti versu ὡς sequatur« Bauermeister. Obsvv. in Hes. carmm. spec. prim. Gott. 1815, p. 3 sqq. — In S comma post θυμόν positum est. — τίεσκ' m I. — ἀκοίτιν Trinc.

10. οὔπω τις] Ita recte A B C E F G T. οὔπω τι D M. Illud c. Trinc. Bog. Steph. Com. reliqui; hoc Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr. Bass., sed in interpr. Bas. recte »aliqua.« Inutilis est coniectura Schmidtii »ὥς τις ἂν οὔ ποτ' ἔτισε.«

11. ἦ μήν οἱ] ἦ μέν οἱ A C E F M m. ἦ μήν οἱ T. et ex hoc Trinc. Iu. 2. Farr. Bog. Steph. reliqui. ἦ μὴν, οἱ om., D Ald. Iu. 1. Bass. 1. 2. ἦ μὴν ὃς B a pr. m., quod secunda in οἱ mutavit, superscr. αὐτῆς et ita in gl. ὁ μέν οἱ G K S V, Equidem nullam caussam video, cur non ex libris

plerisque μέν restituatur, cfr. Hartung. de particulis II, p. 391. Schol. Ven. ad Il. α, 77, Hesych. s. v. ἦ μέν μοι, p. 1631.

ἀπέκτανεν] ἀπέκτεινεν CILMSV. ἀπέκτειν' T et Trinc. ἀπέκτεινεν legitur etiam in Diac. scholiis, qua ex re non cum Heinrichio p. 115 colligendum est, eandem fuisse in codice Diaconeo scripturam, sed errorem librorum ex interpretatione scholiorum natum esse.

ἶφι δαμάσσας] ἶφθι δαμάσας C. ἴφι δαμάσας I. ἴφι δαμάσσας K. (c. gl. ἰσχυρῶς) Trinc.

12. περὶ βουσί] περὶ βουσίν Im. πέρι Goettling. ut sit adverb. valde, quod recte Hermann. Opuscc. VI. p. 194 reiecit. Adde Lehrs quaest. epp. p. 97. Sin Hermannus et Wolfius opinantur, ex Hesiodeo loco colligi non posse, Amphitruonem Electryoni iratum fuisse: me iudice, ab Apollodoro harumque rerum enarratoribus posterioribus seduci se passi sunt. Quicunque enim aliarum narrationum immemor ex Hesiodo solo rei cognitionem petit, nihil certius putabit, quam ab Amphitruone Electryonem interfectum esse, rixa propter boves, h. e. de possessione boum s. bonorum exorta. Cfr. praeterea, 82, κτείνας Ἠλεκτρύωνα, βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων et schol. ad Hom. Il. ξ, 323 »Ἀμφιτρύων, ὃς ἀνελὼν Ἠλεκτρύωνα βοῶν ἀμφισβητήσεως χάριν ἐξ Ἄργους ἔφυγεν« quae nostro ex carmine hausta esse patet. Similiter dictum est in hymn. in Mercur. 236 »χωόμενον περὶ βουσὶ« et Il. ψ, 86 seq. ἤματι τῷ, ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος, νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς· ubi tamen γρ. ἀμφ' ἀστραγάλῃσιν ἐρίσσας.

ὅγε] ὅτε B a pr. m. D et mg. K. Ald. Iu. 1 Bass., fortasse ut ὅτε et ἔνθα v. 14 sibi responderent, ut Il. II, 303. V, 334. Od. I, 16. 18, quanquam ὅγε et ὅτε saepissime commutantur.

13. φερεσσακέας] φερεσακέους C. φερεσσακέους T et Trinc. φερεσακίας m. φερεσακέας I. φερεσσάκεας DSV plerique; φερεσσακέας K. schol. addito

ἤγουν σακεσφόρους. Inter editores primus Schmidt. deinde Pasor. Cler. cett. φερεσσάκεες Winterton.

14. ἔναιεν Im. — παράκοιτι C. παρακοῖτι B a pr. m. D. Ald. Iu. 1. 2. Trinc. Farr. — παρακοίτι AIKS Ba sec. m. Bog. inter editores primus. — In paraphr. f. » σὺν σεβασμίᾳ Ἀλκμήνῃ « tanquam legisset » σὺν αἰδοίῃ Ἀλκμήνῃ. «

15. ἐφ' ἡμέρου L. ἐφημερί C. — οὐ γάρ οἱ libri omnes. οὐδέ οἱ ex Herm. coniectura ad Orph. p. 125 et 780 recte receperunt Dind. et Goettl. γὰρ nihil nisi glossema esse videtur, in libros intrusum; cuius generis plura exempla reperiuntur. Koehl. ex cod. Paris. nescio quo οὐδὲ γὰρ attulit. Heinrich. in mg. postquam Hermanni coniecturam commemoravit, addidit » Il. ψ, 540 καὶ νύ κέν οἱ — quod retinere voluit Wolf., quum sit in plurimis codd. κέ οἱ. vide Heyn. « sed correxit W. in posterioribus editionibus. — ἦεν] εἶεν I.

16. Ἠλεκτρυόνης C.

18. ἀλόγου I. πυρὶ καταφλέξαι κώμας CDEF GKLOSV.

19. ἠδὲ CEFGMmSV.

20. ἐπιμάρτυροι] ἐπιμάρτυροι iunctim libri omnes, ne T quidem excepto, ut Hesych. ἐπιμάρτυρος· μάρτυς ἐπὶ τοῖς γενομένοις, T. I, p. 1367 Alb. ἐπὶ μάρτυροι unus Trincavellus, cuius scriptura, ut verisimillimum est, technologiae Diaconi debetur, in qua non ἐπιμάρτυροι, sed μάρτυροι explicatur. Hinc Guietus quoque verba per tmesin explicanda esse censuit, θεοὶ δ' ἐπῆσαν μάρτυροι. Similiter f. habet » οἱ θεοὶ δὲ ἐπὶ τούτοις ἦσαν μάρτυρες. « Neque tamen certi quidquam his ex rebus colligendum est. Diaconus enim non raro, si voces compositae in carmine exstant, nihil nisi partem earum explicat, ut in vs. 80. non ἐϋστέφανος, sed στέφανος. Retinenda igitur librorum scriptura, quam Aristarchus tuetur, cfr. Lehrs Ar. p. 116 et cum Aristarcho Herodianus.

ἦσαν] ἔσσαν **CGOSV.**

21. τῶν ὅγ' ὀπίζετο] τῶν γ' ὀπίζετο **A**, cui scripturae non merum vitium subesse videtur, sed lectio τῶν γ' ὠπίζετο μῆνιν, cfr. Hom. Od. ξ, 283. Διὸς δ' ὠπίζετο μῆνιν et Il. σ, 216. Illud alterum vero in scholiis et MSS. omnibus reperitur, neque est de loco suo depellendum.

22. ἐκτελέσσαι **V.** ἐκτελέσας **K.** ex vs. 38, ut videtur.

23. ἱέμενοι] Duplex apparet iam ex scholiastis nostris huius vocis scriptura; ἱέμενοι ex Diac. »ὀρεγόμενοι πολεμῆσαι« et ex f. »ἐπιθυμοῦντες πολέμου:« contra ἰέμενοι ex d et ex b. »πορευόμενοι.« Non aliter libri; nam ἱέμενοι exhibent **ACDEGK**, ἰέμενοι contra **BFImS.** illud Ald. Iu. 1. 2. Bog. hoc Trinc. Quid verum sit, et ex sententia elucet, et ex usu digammatis, cfr. Heyn. ad Il. XII, 274 coll. obsvv. ad XIII, 707. XV, 450; ut Scut. vs. 65.

φυλόπιδός τε] φιλόπιδός τε **CKM.** Ald. Iu. 1. 2. Trinc. In K schol. »ὅπις, ὅπιδος, ἐπιστροφὴ καὶ φροντὶς, ὅθεν ἡ φίλοπις, τῆς φιλόπιδος ἤγουν ἡ σπουδὴ τῆς ἐπιστροφῆς.« In Etym. M. φίλοπις p. 627, 47, φύλοπις, p. 802, 33.

24. πλήξιπποι] πλάξιπποι **FKOSZ** (sed in S πλάζιπποι vitiose legitur, ut πλήζιπποι ap. Benenat.; in K η velut glossa superscriptum est) quae est forma Pindari, πλάξιππον Θήβαν, Ol. VI, 85. Similiter πλᾶτο scriptum infra 146. πληξίππου **L.**

ὑπὲρ] ἐπὶ **KS.** Cfr. Callin. v. 10 Tyrt. 8, 35 Schn.

πνείοντες] πνέοντες **GKV.**

25. ἀγχέμαχοι] Ita plerique libri scripti et editi, ut Il. XIII, 5. Sed ἐγχέμαχοι **T** et Trinc. Nam Goettlingio ἐγχεμάχοι scribenti hac quidem in re fides habenda non est propter Trincavellum, qui ἐγχέμαχοι aperte exhibet; solet enim V. Cl. in accentu et spiritu scripturam librorum immutare et ad suas regulas accommodare. ἀγχίμαχοι **CS**, quae glossa est vulgaris, ut ἀγχιμαχητής Il. β, 604;

ϑ, 173; alibi, et propterea in textum illata, cfr. Apollon. de advv. ap. Bekk. p. 553, 4 et quae ex Paris. cod. Imm. Bekk. ad Etym. M. p. 288, 39 ed. Sturz. notavit. Hesych. I, p. 73 »*ἀγχέμαχοι· οἱ ἐγγύθεν μαχόμενοι;*« is neque *ἀγχίμαχοι*, neque *ἐγχέμαχοι* novit. Triclinius utrum in libro aliquo *ἐγχέμαχοι* reppererit, an ex coniectura scripserit, non constat: mihi posterius verisimile videtur. In Bas. conversione altera hastati Locri Trincavellino exemplo debentur. Rei ipsius caussa cfr. Heyn. ad Il. XIII, 713. Convenit enim poetae non cum Homero, sed cum consuetudine posterioris aevi.

φωκῆες] *φυκῆες* H. *φωκῆδες* D. Apud Aristarchum in Hom. *διχῶς*, *φωκῆες* et *φωκεῖες*, cfr. scholl. Venn. ad Il. β, 517.

26. *ἔσποντ'*] *ἔσποντο* Imm. littera finali non elisa. *ἔσποντ'* B., spiritu leni, contra Aristarchi praecepta, cfr. Lehrs. p. 347. Huius rei vestigia semper notanda esse, docent Imm. Bekk. *Allg. Jen. L. Z.* 1809, p. 143. Buttmann. Gr. Gr. II, p. 129. Spitzn. ad Hom. Exc. X, p. XVII.

πάϊς] *πάις* V. Duas syllabas libri scripti, quantum scio omnes exhibent. Inter editores primus Dind. *παῖς* scripsit, quem Goettlingius sequutus est. Wolfius veterem formam retinuit, suae ipsius legis nunc immemor, cfr. praef. ad Hom. Il. p. LXV et Herm. ad Orph. Argon. p. 864; rationem, ut videtur, sequutus, quam nunc Spitzner. exposuit, Exc. VI ad Il. β, 713, p. XIII seq. »Probat diaeresin Heyn. ad Il. η, 12, vituperat Wolf. — de *πάϊς* saepius Heyn. monuit ad β, 713. 819.« Heinr.

27. Semel monendum duco, in Aldina et Trincavellino exemplo et h. l. *πατήρ δ'* scribi, et saepe *δέ* particulam enclisin pati, quod propter Theogon. Muetzell. monuit, p. 152. cfr. Lehrs. quaest. epp. p. 101. Iam in Iu. 1 et Frob. talia corriguntur. Eodem pertinent, quae ad vs. 5 de *γέ μεν* dicta sunt.

28. *ὕφαινε*] »In B. recentiori manu *ὕφαινε* mutatum est in *ὕφηνε*, et supra literam *η* velut interpretamentum adiectum *αι*« Koehl. *ὑφαίνει* lemma Mon.

μετὰ] *κατὰ* M, sed *με* primis litteris superscriptum est.

ὄφρα] *ὥς ρα* AFHIMmN, sed in A additum in margine *γρ. ὄφρα*; in IM enclisis non admissa; in I insuper *ς* excidit, si recte haec descripta sunt.

29. *ἀνδράσι τ'*] *ἀνδράσιν* vitiose B. Ald. Iu. 1. Bas. 1, sed interpretatione addita »Et hominibus.« Reliqui omnes *ἀνδράσι τ'*.

ἀλφηστῆσιν] *ἀλφηστῆσι* m. *ἀλφιστῆσιν* FGIKOV.

ἀρῆς ἀλκτῆρα] Libri nostri scripti et editi omnes consentiunt in hac scriptura, quam iam Herodiani tempore vulgatam et extra dubitationem positam fuisse, docet schol. Ven. Σ, 100, quod est Herodiani. »*διὰ τοῦ ω Ἄρεω Ἀρίσταρχος. — ἐν δὲ τοῖς εἰκαιοτέροις ἀρῆς τῆς βλάβης, ἐπεὶ καὶ Ἡσίοδος« ἀρῆς ἀλκτῆρα »βλάβης καὶ κακώσεως ἔφη*« quod huc et ad vs. 128 et ad Theog. trahendum est. Saepe ita Herodianus Hesiodo tanquam antiquissimo teste Homericae scripturae utitur. Ceterum eadem interpretatio exstat in nostris scholiis, *τὸν δυνάμενον τιμωρήσασθαι καὶ ἀπαλλάξαι τοὺς ἄνδρας τῆς βλάβης καὶ τοὺς θεούς*, cfr. Heyn. T. VI, p. 656. In K. nihil, nisi *ἀλκτήρ· ὁ φύλαξ*. »De his nunc vera proposuit Heyn. Obsvv. in Il. *μ*, 334. Monere praeterea debebat, non esse legitimas formas in versu Homerico, *Ἄρεος, Ἄρεως, Ἄρην*« Heinr. in mg. p. 118. monitus ab Herm. *Leipz. Litzt.* 1802 *Intelligenzbl.* p. 92. cfr. Spitzn. ad Il. *ξ*, 485. »Martis depulsorem« convers. Bas. altera. De re ipsa cfr. Buttm. Mythol. I, p. 259. quibus adde Etym. M. p. 511, 27 »*καὶ κηραμύστης ὁ Ἡρακλῆς ὁ τὰς κῆρας διώκων· ἀλεξίκακος γάρ*« et Od. Mueller. Dorr. I, p. 455. De voce *φυτεύειν* Isler. quaest. Hesiodd. p. 25.

φυτεύσῃ] Ita T, ex eo Trinc. Iu. 2. Farr.

Steph., quem sequuti sunt usque ad Gaisf. Boissonad. Dind. Wolf. omnes. *φυτεῦσαι* A B C D E F G H I K N m sed in A superscr. *η*, in B gl. *γεννῆσαι* addita, ut in f. *ὥστε γεννῆσαι*. Inter editores unus Bog. — *φυτεύσαι* M O S V, Ald. Iu. 1. Bass. mg. Steph. Benenat. Dind. Goettl. Herm. l. l. et nunc Heinr. in marg., qui quod p. 117 dixerat, *ὄφρα* ap. Homerum coniunctivum habere, in exemplari suo delevit. Quid scribendum sit, ut ex lege grammatica, ita propter libros paene consentientes, non est incertum. Coniunctivus enim critici esse videtur, scripturam aperte vitiosam *φυτεῦσαι* infeliciter corrigentis, ut ex A patet; *φυτεῦσαι* vero nihil est, nisi vulgare in talibus rebus vitium pro *φυτεύσαι*; ut multa in nostro libro, fortasse ex scholio ortum.

30. *Οὐλύμποιο*] *ὀλύμποιο* G V Frob. *ἀπὸ λύμποιο* S.

βυσσοδομεύων] »*βυσσοδομοῦντες ἐκ βάθους σκεπτόμενοι· βυσσὸν βάθος καὶ βυσσὸς βυθὸς παρὰ Ἡροδότῳ*« K. cfr. Wesseling. ad Herod. III, 23. Isler. quaest. p. 30.

32. *τάχα δ' ἴξε*] Ita A Trinc. Iu. 2. Farr. Steph. Cler. Dind. *τάχα δ' ἵξε*] B G K N V Ald. Iu. 1. Schrev. Gaisf. Goettl., qui »sic scribendum erat,« ait, »cum codicibus ex regula Herodiani cf. Op. 80. V. annot. ad Theodos. p. 238.« *τάχα δ' ἔξε* F. *τάχα δ' ἔζε* M m. *τάχα δ' ἦξε* C. Similem diversitatem scripturae, *ἴξεν, ἶξεν, ἦξεν, ἧξεν* in Hom. notavit Heyn. ad Il. II, 665, cfr. Etym. M. p. 472, 10, ubi Anonymus doctissimus Apollonium Rhodium et Dyscolum mire commutavit.

Τυφαόνιον] *Τιλφώσιον* coni. Cler., refutatus a Dorv. in Obsvv. Miscc. T. I, p. 350. Rem conficit Od. Mueller. Orchom. p. 62. Ap. schol. enim Pind. ad Ol. IV, 11. »*ἔνιοι δὲ ἐν Πιθηκούσαις φασὶ τὸν Τυφῶνα· — οἱ δὲ ἐν τῷ ὄρει τῷ κατὰ Βοιωτίαν.*« Add. Hesych. II, p. 1457. »*Τυφίον· ὄρος Βοιωτίας.*«

Typhon, pater Sphingis ex Echidna ap. Hygin. f. 115.

32. *τόθεν αὖθις*] Ita M. Iu. 2. Farr. Heins. Robins. Loesn. Heinr. Gaisf. idemque voluit L. *πόθεν αὖθις*. Huic scripturae praeferenda est ea, quam Heinrich. in mg. recipiendam duxit, *τόθεν αὖτις*, quam exhibent A C I K S T V Trinc. In f. *ἐκεῖθεν πάλιν*. Sed in K. additur in mg. *γρ. τότε*, quod reperitur aliis in libris, *τότε αὖθις* B D Ald. Iu. 1 Benenat. *τότε δ' αὖτις* H. *τότε δ' αὖθις* Bass. Bog. Winterton. Hinc infeliciter Goettling. *τόθε δ' αὖτις*, ut Muetzell. ostendit. *Allg. Hall. Littzt.* 1833. N. 204, p. 414. Equidem praefero *τότε δ' αὖτις*, quoniam *τόθεν* neque apud Homerum reperitur, neque apud Pindarum, excepta Boeckhii coniectura, Ne. IX, 40, quam Hermannus et Dissenius probarunt; *τότε* vero similiter usurpari solet, cfr. Il. II, 221. *τότ' αὖτ' Ἀγαμέμνονι δίῳ — λέγ' ὀνείδεα.* XIII, 794. *τότε δὲ Ζεὺς ὦρσε μάχεσθαι* et alibi. Imprimis comparandus Il. XI, 63 »*οἷος δ' ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀστὴρ παμφαίνων, τότε δ' αὖτις ἔδυ νέφεα σκιόεντα*« nisi Spitzner. et Thiersch. *τοτὲ δ'* scripsissent; nescio quam vere. Nec *δὲ* particula videtur omitti posse.

33. *φίκιον*] *φοίκιον* L. *φύκιον* H. In K. *φίκιον· ἀκρωτήριον.* Hesych. II, p. 1506 *φίκιον· ὄρος Θηβῶν* ex Palmerii coniectura. cfr. Schol. ad Theog. 326. Anecdd. Bachm. II, 285. Mueller. Orchom. p. 33.

μητίετα] *μητιέτα* I K V Ald. Iu. 1. 2. Farr. *μητίετα* recte Trinc. Bog. cett.

35. *μὲν γὰρ*] *γὰρ μὲν* C vitiose.

τανυσφύρου Ἠλεκτρυώνης] *τανυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ* E F I H M m Koeppen. Genitivum, quem reliqui omnes retinent, defendit et explicat Matth. hy. Homm. p. 209. Gr. Gr. §. 405, quem Heinrich. sequutus est, qui in mg. notavit »Arg. Orph. 221 et ibi Herm.«

36. *εὐνῇ καὶ φιλότητι*] Ita libri plerique. Nihil enim nisi vitium scribae est, quod C habet *αὐτῇ καὶ φιλότητι*. Mutavit Tricl. et scripsit *εὐνῇ ἐν φιλότητι*, quod est ap. Trinc. et in mg. Steph. In Bas. vers. altera »cum procera Electryonide in lecto, concubitu mixtus est«, quod nemo probabit. Si repperisset Triclinius dativum *ταυνσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ*, hanc rationem praetulisset fortasse. Genitivus de viro saepe reperitur, ut in hymn. Merc. 4. »*Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα*« ita in Hesiod. Theog. 374, 405, 625, 822; de muliere rarissime. Scribendum igitur »*ταυνσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη.*« Ita in Od. o, 421 »*πλυνούσῃ τις πρῶτα μίγη κοίλῃ παρὰ νηῒ εὐνῇ καὶ φιλότητι.*«

τέλεσεν δ'] *τέλεσε δ'* ES probante Koehlero, neque indocte. *πέλεσεν* Schrev. Cler. vitiose.

ἄρ'] Ita B Ald. Iu. 1. Wintert. Gaisf. *ἄρ* CFIKS Trinc. Iu. 2 Farr. Schrev. alii, quod semel moneo.

ἐέλδωρ] *ἔελωρ* m. vitiose.

38. *δόμονδε*] *δόμοντε* IM. *δόμοισιν* L.

39. *οὐδ' ὅγ' ἐπὶ*] *οὐδ' ὅγε ἐπὶ* Im.

ἀγροιώτας] *ἀγριῶν* C.

40. *ὧρτ'*] In B. manu recentiori mutatum in *ὦρτ'*.

πρίν γ' ἦῃς] *πρίν γ' ἐῆς* A. »*πρὶν* F *ἦῃς* corrigi iubet quidam [Fiorillo] in *Goetting. Gel. Anzz.* 1812. *St.* 185. p. 1847.« Heinr. in mg., cui assentiendum non videtur. cfr. Spitzn. de vs. her. p. 128. Naegelsbach de partic. *γε* usu Homerico p. 7 seqq.

41. *αἴνυτο*] *αἴννυτο* S. in K. schol. *ἀφείλετο*. cfr. Od. 14, 144.

42. *ὑπεκπροφύγῃ*] Ita ILMm Trinc. Dind. Gaisf. (sed in L. *ὑπερπροφύγῃ*, ap. Trinc. *ὑπεκπροφήγη* vitiose scriptum) et schol. f. *ἐκφύγῃ*. Plurimi Optativum exhibent cum Diac. *ὑπεκπροφύγοι* BCDEG NOSV Ald. Iu. 1. 2. Benenat. recte. Ceterum cfr. Od. *κ*, 129 »*ἵν' ὑπὲκ κακότητα φύγοιμεν.*« Spitzn. Exc. 18, p. 79.

43. *νούσου*] *νόσου* A G I K m S V. *δυσμοῦ* G.

ὑπ'] *ὕπ'* Wintert. Dind. Goettl. cfr. Lehrs quaest. epicc. 132. *ὑπὸ* Wolf. poetae opprobrio vertit; Bauermeister. l. l. p. 7. *ἀπὸ* reponendum esse censuit, ut sit calamitas, quae oritur e gravi morbo, coll. Il. X, 370. *οὐδέ σέ φημι δηρὸν ἐμῆς ἀπὸ χειρὸς ἀλύξειν αἰπὺν ὄλεθρον*, quia cum voce *κακότητα* praepositio iungi nequeat; praeter necessitatem.

44. *ὥς ρα*] Ita I K. Fluctuant libri in accentus inclinandi ratione, ut vs. 77. *ὡς ἄρα* C G V. *ὣς ῥὰ τοτ'* M m (*τοτ'* sine acc.).

ἐκτολυπεύσας] Duplex notatur scriptura iam in A. *γρ. ἐκτολμήσας*, contra in scholl. Monacenss. *ἐκτολμήσας*] *γρ. ἐκτολυπεύσας*. In libris *ἐκτολυπεύσας* A I K Trinc. Bog. Winterton. *ἐκτολμήσας* B D M Ald. Iu. 1. 2. *ἐκτολμῶν* S V. In K. schol. additum »*τολυπεύειν· ἐξεργάζεσθαι· τολύπη γὰρ ἡ ἐργασία· καὶ τολύπευμα· συναγωγή.*«

45. *ἀσπασίως τε φίλως τε*] Ita C I T idemque voluerunt E N, ubi *φίλους τε* vitiose scriptum est; neque aliter editores plerique Trinc. Bog. Bas. 3. 4. Steph. reliqui usque ad Goettlingium. Sed *ἀσπασίως τε φιλίως τε* A B G K M m O S V (in A *ι* alia manu insertum est, unde rei origo discitur) Ald. Iu. 1. 2. Farr. Bas. 1. 2.; hinc *ἀσπασίως φιλίως τε* Frob. Schmidt. Quoniam *φιλίως* Graecis serioribus multo erat usitatius, quam *φίλως* ea notione, quae hic requiritur; *φίλως* autem ap. Hom. Il. *δ*, 347 reperitur, *φιλίως* nunquam; minus bene Goettling. iudicavit »*φιλίως* praeferrem si scriberetur *ἀσπασίως φιλίως τε.*«

46. *παννύχιος*] *πανύχιος* B. Ald. Iu. 1. 2. Farr. *παννύχιος* iam ap. Trinc. et Bog.

παρακοίτι] Ita recte I K S V, quod idem voluerunt C E, ubi *παρακοίτῃ* scriptum est. Inter editores primus Bog., deinde Boisson. Dind. Goettl. *παρακοῖτι* Trinc. *παράκοιτι* A B F G Ald. Iu. 1. 2. Farr. Steph. et reliqui omnes.

47. *Ἀφροδίτης*] *Ἀμφροδίτης* Ald. quod iam Iu. et Frob. correxerunt.

48. *πολλὸν*] *πολλῶν*, superscr. *ὸν* N.

49. *Θήβῃ ἐν ἑπταπύλῳ*] *ἐν* om. DIm. *ἐφ' H.*

διδυμάονε γείνατο παῖδε] ut Hom. Il. ζ, 26 eademque in utroque loco scripturae diversitas, cfr. Heyn. T.V. p.188. Nam ut ap. Wolf., scriptum est in AEF GKV Ald. Iu. 1. 2. Trinc. et cett., sed *διδυμάον' ἐγείνατο* BCIM; in B. ex *ο* recentior manus fecit *ω*, ut sit *διδυμάων'*.

50. *οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντε*] Ita Trinc. ex T, Dind. Goettl. *οὐκ ἔθ' ὁ φ.* libri scripti reliqui omnes. In B. *ὁμὰ* pr. m. praecedente *ἔθ'*. cfr. Heyn. Il. IV, 539 (T. IV., p. 653 et 704) et Bekk. Ephem. Litt. Jen. 1809 num. 246. p. 174. Lennepius scribendum esse coniecit *οὐ καθομά*, quod probabilissimum visum est Boissonado, Goettlingio vero et mihi non necessarium. cfr. schol. ad Il. *E*, 64, ubi in orac. Delph. de Menelao et Alexandro »*οὐκέθ' ὁμοφρονέοντες*« in cod. Ven. A., »*οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντες*« in cod. B. et apud Eustath. p. 521 legitur. Vocis *καθομά* in Homero nullum vestigium. De loco Callimacheo vid. Schneidewin. Eustath. prooem. p. 34.

γε μὲν] *γέ μεν* AS Ald. Iu. 1. 2. Winterton. *δέ μεν* C. Naegelsbach. l. l. p. 19.

51. *τὸν δ' αὖ*] *τὸν δὲ* Trinc., idque, si Goettlingio fides, non ex T.

μέγ' ἀμείνονα] *μέγα μείονα* D.

52. *κρατερόν τε*] *καρτερόν τε* S. V.

βίην Ἡρακληείην] *βήην* m. *ι* superscr. *Ἡρακλείην* I.

Ceterum totus versus in F deest, ut Thierschius notavit. Diaconus vero locum sic interpretatus est: »*οὐχ ὁμόφρονας· ἀδελφοὺς δέ· τὸν μὲν χειρότερον, τὸν Ἰφικλέα δηλαδή· τὸν δὲ καταπολὺ κρείτ-*

τονα. λέγω δὴ τὸν Ἡρακλέα. ἀλλὰ τὸν μὲν Ἡρακλέα φησὶ συγγενομένη τῷ Διΐ· τὸν δὲ Ἰφικλέα, συγγενομένη τῷ Ἀμφιτρύωνι ἔτεκεν.« Unde apparet, eum certe omnia non aliter legisse, atque apud nos vulgo exhiberi solent, ut ne de hoc quidem versu abiiciendo transponendove cogitari possit.

53. ὑποδμηθεῖσα] ὑποδμιθεῖσα D Ald. Ante hanc vocem in m χειρότερον male intrusum est.

54. αὐτὰρ Ἰφικλῆά γε δορυσσόῳ] Locus propter scripturam vexatissimus. γε omissa est in A C E F G I K L M m N O S V et in quatuor Lennepii codicibus. Ἰφικλῆα omnes exhibent libri, nullo excepto; λαοσσόῳ habent C G K L O S V, unus ap. Lennep.; sed K in mg. »γρ. γε δορισσόῳ;« quod exhibent B D F et ut diximus, γε eiecta, A F I M m N et plures Lennepii. Iam quum qui fontes fuere omnium editionum Aldus et Trincavellus edidissent Ἰφικλῆά γε δορυσσόῳ (ι enim pro υ positum non curamus) omnes editores posteriores in hac scriptura acquieverunt, donec Hermannus de Metris, p. 74. γε tollendum esse ediceret. Huic obsecuti Heinrich. et post eum Boissonad. Ἰφικλῆα δορυσσόῳ scripserunt. Non diu post autem Hermannus in epist. ad Schaef. Gregor. de diall. p. 879, librorum scriptura λαοσσόῳ cognita, hanc praetulit scripsitque αὐτὰρ Ἰφικλῆ λαοσσόῳ, quod Dind. recepit, Goettling. autem in Ἰφικλέα mutavit, reprehensus propterea ab eodem Hermanno in Opusce. VI. 194. Praeterea Gerhard. Lectt. Apollonn. p. 108 coniecit »αὐτὰρ Ἰφικλῆα δουρυσσόῳ,« quae coniectura neque caussa et ratione, cui eam debemus, commendatur — vult enim G. brevem syllabam ex thesi tollere — neque confirmatur libris, neque ipsa per se cuiquam placebit. Denique Fr. Thierschius, Gr. Gr. §. 148, 4, duplicem, ait, antiquitus fuisse, ut multorum in hoc carmine versuum, ita huius versus scripturam, Αὐτὰρ Ἰφικλῆα δορυσσόῳ et Αὐτὰρ Ἴφικλον λαοσσόῳ. Nam quod ibi ἡ post αὐτὰρ additum est, pro mero vitio habendum et ex signo digammatis ortum vide-

tur. Heinrich. in mg. suam scripturam tuetur »Hom. Il. ι, 145 et 287 καὶ Ἰφιάνασσα. Inscite compilator Sturz. ad Empedocl. p. 565. « Memorabilis est interpretatio schol. f. p. 45 »τῷ διὰ τοῦ δόρατος σώζοντι τὸν λαόν·« quae ostendit, et eum δορυσσόῳ in libro suo repperisse, et facillimam fuisse ab hac voce ad alteram illam aberrationem. Equidem librorum indole perpensa, ad hanc devenio sententiam, ut veram esse scripturam putem »αὐτὰρ Ἰφικλῆα δορυσσόῳ« eamque esse a viris rei metricae minus peritis, γε particula addita, infeliciter correctam. Λαοσσόῳ ex glossa ortum est. Ea enim vox altera illa multo frequentior est et notior. Sin vero quis hanc vocem praeferret, is dubius haereret inter formas Ἰφικλῆ et Ἴφικλον, quarum prior libris et Hermanni auctoritate, posterior Thierschium fautorem nacta, usu Homeri Il. ν, 697 et Hesiodi fr. XLII, 4 Gaisf. commendatur, cfr. Ruhnk. hymn. in Cer. 153. Ιφηκλ. ι superscr. m.

55. κεκριμένην] κεκρυμένην E. κεκριμμένην C F. Mon. κεκριμμένη I.

56. θεῶν abest ab I M. σιμάντορι B. Ald. Iu. 1. θεῶν σημάντορι πάντων est in fragmento Hesiodeo XX Goettl.

Hos versus, 55, 56 tollendos esse censuerunt Koeppen, Schneiderus Saxo in epistola ad Heinrich. data, et Bauermeister Obsvv. in Hes. Carmm. p. 8 seq., quia prorsus inutiles, nihil nisi quae iam dicta essent, repeterent et ad satietatem usque inculcarent. Heinrich. ipse vero, si signis confidendum est quibusdam in margine exempli eius adiectis, quattuor versus, 53 — 56 sustulit, fortasse, ut transitus ita ad sequentem de Cycni caede narrationem ab Herculis nomine pateret. Sed vereor, ne in his rebus sensum nostrum magis, quam veterum rationes sequamur. Ac mihi quidem ex sententia poetae singula sic progredi videntur. Primum enarrat, Alcumenam ab Iove et Amphitruone compressam fratres gemellos Thebis peperisse, 48, 49.

Neque tamen ei propositum est, horum historiam a primis annis enarrare, quod ne in feminis quidem facere voluisse putandus est, quorum catalogum concinnavit. Sed quum totam vitam eorum contemplatur, primum ei illud maxime mirandum videtur, quod licet fratres fuerint, indole tamen et natura sunt ut qui maxime diversi. In Theogonia ubi Musarum origo enarratur, poeta, vs. 60, addere non neglexit: »ἡ δ' ἔτεκ' ἐννέα κοῦρας ὁμόφρονας, ἧσιν ἀοιδὴ μέμβλεται« ubi bene schol. »οὐχ ὥσπερ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος, ἀδελφοὶ μὲν ἦσαν, ἑτερόζηλοι δὲ γεγόνασι ταῖς προαιρέσεσιν« cett. p. 386 Gaisf. Hinc immerito Clericus ultima haec versus verba »κασιγνήτω γε μὲν ἤστην« versus fulturam ruentis vocavit. Necessarium fuit, haec adiicere. Iam in sequentibus versibus, describit primum accuratius, qua ratione dissimiles fuerint, 51, deinde nominavit ipsos, et patres singulorum significavit, quod praeteriri nullo modo poterat; denique caussas diversitatis duobus ultimis verbis explicuit, dum alterum dicit hominis, alterum regis deorum progeniem fuisse. Comparari quodammodo potest Pindari Nem. VI. in. Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι· διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα δύναμις.« Quid sit in loco nostro γενεή, docuit Spitzner. in Exc. IX. p. IX seq. Paraphr. f. »ἐγέννησεν οὖν διακεχωρισμένην γενεάν· ὁ μὲν γὰρ Ἰφικλῆς σπαρεὶς παρὰ τοῦ Ἀμφιτρύωνος ἦν θνητός, ὁ δὲ Ἡρακλῆς σπαρεὶς παρὰ τὸν Διὸς ἦν ἀθάνατος«, quod quanquam non ab omni parte verum est, tamen caussam huius additamenti indicat. Ceterum advertit tota haec res etiam philosophos. cfr. Arist. hist. animm. 7, 4. »ἐὰν ἐγγὺς ἡ σύλληψις ἐγένετο, τὸ ἐπικυηθὲν ἐξήνεγκαν, καὶ τίκτουσιν ὥσπερ δίδυμα γόνῳ, καθάπερ καὶ τὸν Ἰφικλέα καὶ τὸν Ἡρακλέα μυθολογοῦσιν« quae in latinum sermonem Plinius transtulit N. H. VII, c. 11. »Sed ubi paullulum temporis inter duos conceptus intercessit, utrumque perfertur, ut in Hercule et Iphicle fratre eius apparuit, et in ea,

quae gemino partu alterum marito similem, alterumque ab altero genuit.« Sed priorem hanc poematis partem ex Eoeis petitam video relinqui non posse, priusquam rerum historicarum aliqua mentio iniecta fuerit.

Qua ratione Herculem Alcumena conceperit et pepererit, ab Homero Il. τ, 95 sqq. et ab Hesiodo, vel quicunque et Homerici loci et Eoeae nostrae pro auctoribus habendi sunt, ita traditum est, ut fabulam illis temporibus notissimam nobis legere videamur. Atque Hesiodus quidem tam breviter omnia et strictim tetigit magis, quam enarravit, ut Wolfio poenas dederit temeritatis suae. Negari tamen non potest, partem narrationis eius ita perspicue esse proditam, ut quid sibi voluerit poeta, nulli non pateat; partem vero alteram ei, qui singula quaeque diligenter perpendere et Homero magis, quam posterioribus scriptoribus in rebus explicandis inniti susceperit, non tantas difficultates obiicere, quae superari nequeant. Ita primo adspectu non patet, quae caussa fuerit et ratio Electryonis occisi. Obscurius enim dictum est, quod ait vs. 11, »χωσάμενος περὶ βουσί« repetitum illud vs. 82 »κτείνας Ἠλεκτρύωνα βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων.« Et praeterea nihil de caussa necis dixit: rationem vero duo verba indicant »ἶφι δαμάσσας.« Has tenebras adauget, quod Taphios quoque et Teleboas poeta tam paucis verbis commemoravit, ut horum ipsorum caussam qualem sibi cogitaverit, non magis perspiciamus. Sed si Homerum prae ceteris scriptoribus consulimus Taphiosque, in Odyssea saepius nominatos, et mercaturam exercuisse, I, 183 seq. et piraticae operam navasse legimus, XV, 427. XVI, 426 (Τάφιοι λῃΐστορες ἄνδρες): oritur haec coniectura, apud Hesiodum quoque de rapina cogitandum esse. Ita Apollon. Rhod. I, 747.

Ἐν δὲ βοῶν ἔσχεν λάσιος νομός· ἀμφὶ δὲ βουσὶ
Τηλεβόαι μάρναντο καὶ υἱέες Ἠλεκτρύωνος·
οἱ μὲν ἀμειβόμενοι, ἀτὰρ οἵ γ' ἐθέλοντες ἀμέρσαι

λῃΐσταὶ Τάφιοι· τῶν δ' αἵματι δεύετο λειμὼν
ἑρσήεις, πολέες δ' ὀλίγους βιόωντο νομῆας.

quos versus in Mosc. cod. c. (K) librarius bis descripsit et Scuto nostro non male praemisit, semel adeo cum scholiis Graecis. Quod si probabile est [1]), simul illustratur, cur Alcumena hos potissimum non sine fervore aliquo puniendos esse putaverit: praesertim si Taphiorum facinus in caussa fuerat, cur postea Electryonem inter et Amphitruonem altercatio oriretur. Ac profecto Amphitruo pro ingenio temporum illorum magnam sibi culpam non contraxerat, si quidem circa vel propter boves cum Electryone rixatus, vi usus, Alcumenae patrem interfecerat. Videbatur enim illud praeter voluntatem fecisse. Ita certe de Patroclo Homerus Il. ψ, 85.

ἀνδροκτασιῆς ὑπὸ λυγρῆς
ἤματι τῷ, ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος,
νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

et de Tlepolemo Pindarus Ol. VII, 27 ed. Boeckh.

καὶ γὰρ Ἀλκμήνας κασίγνητον νόθον
σκάπτῳ θένων
σκληρᾶς ἐλαίας ἔκταν' ἐν Τίρυνθι Λικύμνιον ἐλθόντ' ἐκ Θαλάμων Μιδέας,
τᾶσδέ ποτε χθονὸς οἰκιστὴρ χολωθείς. αἱ δὲ φρενῶν ταραχαί
παρέπλαγξαν καὶ σοφόν.

Quae Apollodorus, II, 4, 6 de hac re enarravit, ab Hesiodi narratione dissident: id quod iam Heynius, Obsvv. p. 130 recte sensit »at ira commotus apud Hesiodum sc. Herc.«, cautior ille huius rei iudex, quam Sturz. Pherecyd. p. 99. Pherecydes autem, de quo postea videbimus, simpliciter »ἀποκτείνας ἀκουσίως« ut Hesiodus.

---

1) De Taphiis semper mihi memorabile visum est, quod ex antiquioribus testimoniis Etym. M. p. 748, 31 seq. attulit »καὶ αὐτοὶ δὲ τὸ ἀνέκαθεν Φοίνικες τῶν μετὰ Κάδμου σταλέντων.«

Sed hac tota in caussa maximi momenti est scholion in Apollon. Rhod. locum supra descriptum. » *Τάφος ἐστὶ νῆσος μία τῶν Ἐχινάδων, ἣν ᾤκησαν Τηλεβόαι, οἱ πρότερον τὴν Ἀκαρνανίαν οἰκοῦντες. Ληστρικώτατοι δὲ ὄντες καὶ μέχρις Ἄργους ἐπελθόντες ἐπήλασαν τὰς Ἠλεκτρύωνος βοῦς τοῦ πατρὸς Ἀλκμήνης. Ὡς δὲ ἐνέστησαν αὐτοῖς Ἠλεκτρύων καὶ οἱ υἱοί, ἐκείνους τε πάντας ἀνεῖλον οἱ Τηλεβόαι καὶ τὰς βοῦς ἀπήλασαν. Ἀλκμήνη δὲ ἀνεκήρυξε τὸν ἑαυτῆς γάμον τῷ τιμωρησομένῳ τὸν πατρῷον φόνον. Τιμωρησάμενος οὖν Ἀμφιτρύων ἔγημεν.* « Quae initio quidem cum Apollonio conveniunt, postea vero, Electryonis nomine addito, prorsus dissident. Sed exstat Scuti argumentum, ex libro Rehdigerano primum ab Heinrichio editum, p. 42 seq., nunc vero aliis etiam in libris et in eodem Mosq. c simul cum Apollonii versibus et scholiis repertum, quod similem famam persequitur, ex eodem fortasse fonte ductam; et a schol. ad vs. 11 (p. 24) repetitam. Sed vel magis miranda sunt, quae postea in vulgatis Apollonii scholiis, non in Parisinis, leguntur »*Ἡ ἱστορία σαφῶς παρ' Ἡσιόδῳ.* « cfr. Od. Muelleri Dor. II, p. 464. Vogel. de Hercule p. 10. Haec verba eiicienda esse, post Wellaueri iudicium, de scholiorum Parisinorum auctoritate, praef. p. X., decernere non audeo; id non refugio dicere, errorem esse in hac re a scholiasta admissum. Nam in Eoeis certe Hesiodum cum Apollonio consensisse, filiosque solos, non patrem occisos eosdemque Amphitruonem ultum esse, nostris oculis videmus. Patris autem mentione sola reiecta, reliqua omnia et cum Hesiodo et cum Apollonio conveniunt. Hesiodi igitur testimonium ad partem rei, non ad totam narrationem trahendum est.

Quae deinde ex Herodori testimonio referuntur, quanquam aliquantum ab Apollonii narratione differunt, quia Taphii non tanquam praedatores, sed iure quodam hereditario filios Electryonis bello petunt: tamen in eo conveniunt, quod non ipse Ele-

ctryo, sed filii eius occiduntur. Ceterum Od. Muellerum auctorem locupletissimum sequor, de Herodoro verissime iudicantem, l. l. p. 467, si ad eum refero, quae relicta veterum poëtarum fama de Taphiorum et Electryonis communi origine apud posteriores scriptores, ut apud Apollodorum enarrantur. Superest vero duplex imprimis harum rerum narratio. Nam si scholio Apollonii fidem habemus, Herodorus quatuor noverat filios Persei et Andromedae, Alcaeum, Sthenelum, Mestorem, Electryonem; quorum Mestor Hippothoam filiam habebat, cuius a Neptuno filius erat Pterelaus, pater Teleboae et Taphi, qui Electryonis filios interficiunt. Longe aptior alia est harum rerum narratio, tradita illa in schol. Townl. ad Il. τ, 123, ubi quinque filii Persei et Andromedae enumerantur, Alcaeus, Electryo, Elius, Mestor et Sthenelus; et Mestoris filia Hippothoa Pterelai coniux dicitur »ἡ Πτερελάῳ γαμηθεῖσα,« ita ut nullae sint Neptuni partes neque Pterelai quae coniux fuerit, ut Heynio visum, Apollod. I, p. 149, ignoretur; denique Mestoris nepotes Electryonem eiusque filios interfecisse dicantur, non pronepotes. Apollodorus contra auxit etiam miracula; quippe qui nescio quo ex fonte Taphium addidit, Neptuni filium et Pterelai patrem; nisi forte eius sententia additamentis alienis obscurata est, quo ducere videtur Mestor μητροπάτωρ appellatus l. l. Apud Anaximandrum in Heroologia Teleboes erat filius Neptuni, et pater Pterelai, cfr. Athen. XI, p. 498, c, quod cum scholio Townlejano convenit.

Sed redeundum est ad Hesiodum; de quo hac in re unum mihi superest, quod moneam. Exstat de Herculis partu in scholiis Venetis ad Il. ξ, 323, narratio, fortasse ex Rhiani Heraclea petita, cfr. schol. ad Il. τ, 119, quae Hesiodeae narrationi tam similis est, ut, paucis additamentis exceptis, ex Hesiodo expressa videri possit. »Ἀλκμήνης τῆς Ἠλεκτρύονος καὶ Ἀναξοῦς τῆς Ἀγκαίου (scr. Ἀλκαίου)

ἠράσθη Ἀμφιτρύων, ὃς ἀνελὼν Ἠλεκτρύονα βοῶν ἀμφισβητήσεως χάριν ἐξ Ἄργους ἔφυγεν εἰς Θήβας. σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Ἀλκμήνη. ὑποδεχθέντες δὲ ἀσμένως ὑπὸ τῶν βασιλευόντων τῆς πόλεως Κρέοντος καὶ Ἡνιόχης τιμῆς ἐτύγχανον μεγίστης· οὐ βουλομένης δὲ Ἀλκμήνης γαμηθῆναι, εἰ μὴ οἱ φονεῖς τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς ἀναιρεθῶσι Τελεβόαι, κατηγωνίσατο αὐτοὺς Ἀμφιτρύων, προσλαβόμενος συμμάχους Βοιωτοὺς καὶ Λοκρούς, ἔτι δὲ καὶ Φωκῆς, ἐνιαυτὸν προσεδρεύσας. ὡς δὲ ἐπιστρέψας ἀπὸ τῆς στρατείας ἦγε τοὺς γάμους ἑαυτοῦ καὶ Ἀλκμήνης, τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἐρασθεὶς αὐτῆς ὁ Ζεὺς καὶ εἰκασθεὶς Ἀμφιτρύωνι ἐμίγη καὶ υἱὸν ἐποίησεν. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀμφιτρύων τῇ αὐτῇ νυκτί. ἤδη δ' ἐκείνης τὸν ἑπταμηνιαῖον (scr. δεκαμηνιαῖον) χρόνον τῆς μίξεως ἐχούσης, γεννᾶται Ἡρακλῆς μὲν ἐκ Διός, Ἰφικλῆς δὲ ἐξ Ἀμφιτρύωνος.«. Haec excipit in codd. ABD fama, non ex Hesiodo, sed ex Pherecyde hausta de tribus noctibus generando Herculi insumptis »φασὶ Δία συγκοιμώμενον« cett. cfr. schol. ad l. l. apud Bekk. p. 400, b, cum additamento ex Heyn. At quae praecedunt omnia Hesiodum auctorem sapiunt; dico commemorationem et rixae Electryonis cum Amphitruone, et Heniochae, et populorum, quorum consilio usus Taphios deproeliatus est. Ac totus enarrationis tenor Hesiodeus est [1]). Accedunt tria, quorum certa non sunt apud Hesiodum vestigia, primum quam diu cum Taphiis bellatum sit, deinde qualis Iovis dolus fuerit, denique quod temporis spatium inter conceptum et partum praeterierit; quae omnia ita narrationi intexta sunt, ut reliquis non repugnent. Ac propter annum quidem, per quem Amphitruonem bellasse contra Taphios ait, possis ad vs. 87 provocare, ubi Herculis de parentum coniugio locutus, plurali numero usus est »τάχα δ' ἄμμες ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν γεινό-

1) Cfr. Saal. Rhiani Ben. quae supersunt p. 32, qui in reliqua narrationis parte ex Homeri auctoritate Rhianum totum pendere animadvertit; cfr. Meinek. Rhian. p. 103 sqq. (1832).

μεθ' « qui offendit nonnullos, sed facile explicatur, si scholiastae narrationem probamus. At quomodocunque de his iudicare volumus, constat, summam esse in scholio et apud Hesiodum rerum omnium similitudinem; quae eadem apud Pherecydem quoque cernitur [1]) in schol. ad Odyss. λ, 265. Sturz. p. 98. cfr. Od. Mueller. Dorr. II, p. 467. Quare nisi fallor, inde quoque recte colligitur, hanc priorem certe carminis partem iam Graecis veteribus notam nec auctoritatis expertem fuisse.

57. *Κύκνον*] cfr. Schol. ad Arist. Rann. 961. »*ὅτι δύο Κύκνοι ἐγένοντο, ὁ μὲν Ἄρεος υἱὸς ὁ ὑφ' Ἡρακλέους φονευθείς, ὡς ἐν Ἀσπίδι Ἡσιόδου*« cett. Schol. ad Pind. Ol. II, 147. »*Κύκνοι δὲ δύο, ὁ μὲν Ἄρεος, ὁ δὲ Ποσειδῶνος· καὶ τὸν μὲν Ἄρεος κακῶς τὰ περὶ Θεσσαλίαν διαθέντα Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε*« cett. Deinde: »*Ἱστορία περὶ τοῦ Κύκνου. Δύο Κύκνοι ἐγένοντο ὁ μὲν Ἄρεος υἱὸς ὁ ἐν Θετταλίᾳ τοὺς παριόντας λοχῶν καὶ ἀποκτείνων, καὶ βουλόμενος ταῖς κεφαλαῖς ναὸν ἀνεγεῖραι τῷ πατρὶ, ὃν Ἡρακλῆς ἀπέκτεινεν.*« Hi omnes duo Cycnos norunt, alterum ab Hercule, alterum ab Achille occisum; cuius Aristoteles meminit, Rhet. II, c. 22. Apud Apollodorum vero unus Hercules duo Cycnos interfecit, Martis filios, ex Cyrene alterum, II, c. 5. »*Κύκνος δὲ Ἄρεος καὶ Πυρήνης, εἰς μονομαχίαν αὐτὸν προὐκαλεῖτο. Ἄρεος δὲ τοῦτον ἐκδικοῦντος, καὶ συνιστάντος μονομαχίαν, βληθεὶς κεραυνὸς μέσος ἀμφοτέρων διαλύει τὴν μάχην*«, alterum ex Pelopia, II, c. 7. »*Παριόντα δὲ Ἴτωνα εἰς μονομαχίαν προεκαλέσατο αὐτὸν Κύκνος Ἄρεος καὶ Πελοπίας· συστὰς δὲ καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν*« cfr. Heyn. Obsvv. ad Ap. p. 170 et 196.

---

1) Iam observavi p. 21, not. 6. similitudinem, quae inter Pherecydem est et argumenti auctorem; ea obscurata est scripturae vitio. Pherecydes enim non scripsit, ut ap. Sturz. legitur »*Τηλεβόαι στρατεύσαντες κτείνουσι τὸν Ἠλεκτρύωνος παῖδα περὶ θρεμμάτων ἀγωνιζόμενον*« sed »*τοὺς Ἡ. παῖδας π. θ. ἀγωνιζομένους*« quod apparet comparantibus nobis, quae sequuntur »*ὑπὲρ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν.*« Mire haec invertit Vogel. de Hercule, p. 44, not. 45.

De matre Cycni apud Hesiodum ne minimum quidem vestigium. Nec tamen praetermittendum, Cycnum ipsum dei esse filium ex mortali muliere natum, Hesiodumque de aliis quoque Cycnis narrasse, cfr. schol. ad Theocr. 16, 49 et schol. ad Ol. XI, 19 Boeckh. de quo ad vs. 68. Praeterea cfr. schol. ad Il. ψ, 346. de Arione equo »*τούτῳ δὲ διαγωνισάμενος Ἡρακλῆς πρὸς Κύκνον τὸν Ἄρεως υἱὸν καθ' ἱπποδρομίαν ἐνίκησεν ἐν τῷ τοῦ Παγασαίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ, ὅ ἐστι πρὸς Τροιζῆνι.*« ubi *Τραχῖνι* Heinr. ad vs. 120 correxit, laudatus propterea a Prellero, Demet. p. 155. *Τελχῖνα* ex schol. A Gaisf. p. 505.

Ἀρητιάδην] *Ἀρηϊάδην* suspicatur Wolf. p. 91. Eustath. ad Il. p. 518, 24 seqq. *Ἡρωδιανὸς οὖν φησιν, ὅτι πλείοσι κλίσεσιν ὁ Ἄρης κέχρηται. καὶ γὰρ καὶ ὡς ἰαμβικὸν, μὴ ἔχον ἐπ' εὐθείας τὸ τ, περιττοσύλλαβον ἔχει τὴν γενικὴν, Ἄρης, Ἄρητος. ὅθεν Ἀρητιάδης παρ' Ἡσιόδῳ πατρωνυμικόν. καὶ Ἀρητίων ὑποκοριστικόν.* et p. 1133, 14 seqq. *Κλίνεται γὰρ καὶ ὡς ἰαμβικόν Ἄρητος, ὅθεν παρ' Ἡσιόδῳ καὶ Διονυσίῳ Ἀρητιάδης, ὁ ἀπ' Ἄρητος ὅ ἐστιν Ἄρεος κατάγων τὸ γένος*· cfr. Dionys. Perieg. 680 et Eustath. p. 231, 5. ap. Bernh. eiusdemque not. p. 709. Herodianus igitur Homeri usum, Od. π, 395. σ, 413. recte ab usu Hesiodi seiunxit, aliter atque Buttm. Gr. Gr. II, p. 332. Contra huc pertinet *Ἀρητιὰς νῆσος* ap. Apoll. Rhod. II, 1032 et *Ἀρητιὰς κρήνη* ib. III, 1182. cfr. Od. Mueller. Orchom. p. 287 seq., denique *Ἀρητιὰς Μελανίππη* II, 966. Ceterum adverte gl. Hesych. *Ἄρητος*· *Ἡρακλῆς* I, p. 526, cfr. Sturz. de dial. Mac. p. 36.

58. *εὗρε γὰρ*] *εὗρε δὲ* L. fort. ex Diac. *ἑκατηβόλου*] *ἑκατιβόλου* m.

59. *πατέρα ὄν*] Ita C F G I K M m N S T V, Lennepii Florentini, Trinc. Bas. 3. Bog. Guiet. Heinr. Gaisf. Boissonad. Dind. Goettl. Gerhard. lectt. Apollonn. p. 111. — *πατέρ' ὄν* A B D E L Ald. Iu. 1. 2. Farr. Steph. Bass. 1. 2. 4. Benen. Comm.

Heins. reliq. In A versus omissus, sed eadem manu in margine additus est.

Ἄρην] Ita **A B D L T**, unus Florentinorum Lennepii, (in A vero non *Ἄρην ἔτον*, sed *ἔτον Ἄρην*; et in K. *ν* in fine, glossae loco, ab alia manu adiectum.) Ald. Trinc. et horum propter consensum editores reliqui, ne Dindorfio quidem excepto. — *Ἄρη* **I K m N V** *Ἄρη᾽* **C E F G O S** (in G. *ἄρη᾽* vidit Koës). »Scribe *ἄρη᾽* et sic 333, 425, 457. Monuit Hermannus l. l. p. 92. Gerhard. lect. Apoll. p. 111.« Heinr. in mg. »Libenter scripsissem *Ἄρη* pro *Ἄρην*, (nam *Ἄρη᾽* epicos antiquos non dixisse cum Bekkero cens. Hom. Wolf. p. 131 puto) quod epicos tantum seriores et ne hos quidem deceat, nisi MSS. me avocarent a proposito« Goettl. *Ἄρην* ex sententia Herodiani scribitur, cfr. schol. Ven. ad Il. *E*, 909, cui Spitznerus recte obsequutus est. *Ἄρη* vel *Ἄρη᾽* in multis libris: quorum posterius cum Hermanno probaverit aliquis, quia semper vox sequitur, quae a vocali incipit neque digammate instructa est, *ἔτον, ἐπιόντα, ἄχος*, ut ap. Hom. *ἀνδροκτασιάων*. I. H. Vossii sententiam de hoc versu vide *Randgloss.* p. 80. De accus. *Ἄρη* ap. Tragicos cfr. Ellendt. Lex. Sophocl. I, p. 225.

60. In T. a recentiore manu versus additus est, nec satis patet, utrum a Triclinio forte omissus, an consilio abiectus sit, an denique in antiquiore libro, quem descripsit, non exstiterit. Ac de eiiciendo versu cogitare potest, qui considerat, primum, de Martis armis eorumque splendore iterum poetam postea loqui, v. 71, deinde, priorem versus partem saepius et ap. Homerum et ap. Hesiodum legi, cfr. Theog. 186. Il. XVIII, 510, posteriorem vero multa habere similia ubique. Eadem paene verba habes Il. *ϑ*, 563 *σέλα πυρὸς αἰθομένοιο*. Sed quum in libris omnibus exstet nec apud scholl. paraphrasticos desideretur, qualis est conditio poematis nostri, melius retinetur. cfr. Spitzn. Exc. 26, p. 37.

ὣς] ὡς AV Bas. 3. Heinr. sine accentu.

61. ἑσταότ' ἐν] ἑσταότ' ἐν V. ἑσταότ' ἐν Trinc. ἑσταῶτ' ἐνὶ IM (ἑσταῶτ' εἰνι ap. Th. ex m., si recte suspicor); cfr. Il. XXIV, 701, ubi eadem verba leguntur et ex Harl. notatur scriptura »ἑσταῶτ' ἐν δίφρῳ.« In schol. Ven. ad h. l. »ἑσταότ'. 'Αρίσταρχος ἑστεῶτ'.« Hoc igitur videntur voluisse. Minus caute Spitzner. ad l. l. Tam certa enim testimonia coniecturis tollere, nefas. Prudentius Heyn. Obsvv. T. VIII, p. 759.

δίφρῳ] Ap. Diac. »ἱσταμένους ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν δίφροις,« quod nolim ita interpretari, ut pluralem numerum eum scripsisse putem. Nam quod nemo animadvertit, vel certe explicatius enarravit, per totum hoc carmen de uno est Martis ipsius curru cogitandum, in quo ab initio uterque et pater et filius insistunt. Neque enim offendet quemquam, quod in proximis versibus ἅρματα appellat plurali numero, quae est Homeri consuetudo: et disertis poetae verbis credendum est, 108 seq. »δύσεο τεύχε' Ἀρήϊα, ὄφρα τάχιστα δίφρους ἐμπελάσαντες Ἄρηός θ', ἡμέτερόν τε, μαρνώμεσθα.« Atque ut reliqua non attingam, postquam Cycnus occisus, Mars vero vulneratus est, Martis equi et currus in Olympum redeunt, 466, Cycni autem nulla spolia, nisi arma commemorantur, 468. Ita lucem nanciscuntur versus Virgilii, Georg. III, 89 — 91.

Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus, et, quorum Graji meminere poetae,
Martis equi bijuges, et magni currus Achillis,

de quibus I. H. Vossius in commentariis, p. 550 non satis luculenter exposuit. Virgilius enim, nisi fallor, de hoc ipso loco nostro cogitavit. Mirum quidem, quod quodammodo duo παραβάται et duo θεράποντες, vs. 463, in eodem curru versantur, sed non ineptum est, quoniam non de solita hominum ratione sermo est, sed de curru divino, cuius apud Homerum

quoque duo *θεράποντες* sunt. Simillimum illud est, quod Minerva eundem currum, in quo Hercules et Iolaus stant, adscendit, 338 seq. Ceterum elucet, quam apte poeta priore in versu, ubi quales singuli fuerint describitur, plurali numero, nunc vero, ubi utrumque uno in curru stetisse dicere voluerit, usus sit duali.

62. *χηλῇσι*] *χήλῃσι*, sed cfr. Arcad. p. 108, 10. In schol. ad Aristoph. Acharnn. 740 »*οὐ μόνον Ἀριστοφάνης ἐπὶ τῶν χοίρων τὰς ὁπλὰς εἴρηκεν, ἀλλὰ καὶ Σιμωνίδης ὁμοίως ἐπὶ χοίρου »ὁπλὰς ἐκίνει τῶν ὀπισθίων ποδῶν« καὶ Ἡσίοδος ἐπὶ βοῶν* Opp. 487, »*μήτ' ἄρ' ὑπερβάλλων βοὸς ὁπλήν.* « *καὶ τὸ ἐναντίον ἐπὶ τοῦ ἵππου »νύσσοντες χηλῇσιν*« cfr. Suid. s. v. *ὁπλή*, p. 1141 Bernh. Vox *νύσσω*, frequens ap. Hom., nusquam tamen de equis terram pulsantibus usurpatur. Minus recte tamen ab editoribus comma positum post *ἵπποι*, quoniam *κτυπέω* vix poterit c. Accusativo construi, *νύσσω* potest. Construe »*χθόνα νύσσοντες χηλῇσι ἵπποι ἔκτυπον.*« Reizius contulit Virg. G. 3, 88 »cavatque tellurem, et solito graviter sonat ungula cornu.«

κόνις δέ σφ' ἀμφιδεδήει] *δέσφ ἀμφὶ δὲ δήει* E. Haec ratio quanquam vitiosa est et perversa, tamen nobis veterem aliquam scripturam aperit. Nam Diac. »*κόνις δὲ ἠγείρετο κινουμένη ὑπὸ τῶν ἁρμάτων καὶ τῶν ἵππων· καὶ ἀμφὶ σφὲ καὶ αὐτοὺς, κατὰ ἀναστροφὴν τῆς προθέσεως, λέγω δὴ τὸν Ἄρην καὶ τὸν Κύκνον, δεδήει καὶ ἐσκορπίζετο.*« Eademque ratione d. et gl. b. nihil explicuerunt, nisi simplicem vocem *δεδήει*, quibus addi potest Hesych. I, p. 898 Alb. Scripserunt igitur *δέ σφ' ἀμφὶ δεδήει*, quia accentus retrahi non solet, cfr. Lehrs. quaest. epp. p. 71. In Homeri carminibus similiter, Il. ζ, 328 »*σέο δ' εἵνεκ' ἀϋτή τε πτόλεμός τε ἄστυ τόδ' ἀμφιδέδηε,*« (cfr. Etym. M. p. 89, 52.) et *ν*, 736 »*πάντῃ γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδηεν,*« (cfr. Et. M. p. 252, 58.) ubi vide, quae collegit Spitzner. Relinquenda igitur ratio grammaticorum infimi aevi; quibus

ipsis condonandum est, quod *δεδήει* a voce *δαίω· μερίζω*, deducunt, gl. b. *ἠγείρετο· ἐμερίζετο.* d. ap. Heinr. p. 67 coll. cum schol. Lips. ad Il. II, 93, p. 85 Bachm. Ceterum hanc vocem sine iota subscripto recte ediderunt et antiquissima exempla, Ald. Iu. 1. 2. Farr. Trinc. Bog. Ben., et recentissima Dind. Goettl. c. Heinrich. in mg.; addiderant illud Bass., quibus omnes ad Boissonadum usque obsequuti sunt; cfr. Spitzn. ad Il. *B*, 93.

63. *πλεκτοῖσιν*] *πηκτοῖσιν* Guiet. coni., quam inutilem esse Graev., Heinrich. et Goettl. ostenderunt.

64. *ἀμφαράβιζον*] *ἄντυγ' ἀμφ.* E. *ἀμφαράκιζον* I.

65. *ἰεμένων*] Ita ABCIMSTV, et inter editores Ald. Iu. 1. 2. Farr. Frob. Trinc. Bog. Bass. Schmidt. Krebs. Boisson. Goettl. Idem voluit E. *ἠεμένων.* In B. gl. *πεμπομένων.* Diac. *κινουμένων.* eodem spectat. — *ἰεμένων* Steph. Co. Heins. Loesn. Cler. Pasor. Dind. Gaisf. et schol. f. »*πορευομένων*« Aberrationem notat Heyn. Obsvv. Il. *β*, 154. scil. respiciens vitium in ed. Lips. *ἰεμένων* Heinr. cfr. v. 23. Ahrens, *über die Conjug. auf μι im Homer. Dial.* p. 24; qui cum Steph. cfr. Thes. p. 4420 B. 11089 A. et Buttmanno Gr. Gr. I, p. 554 lenem spiritum defendit. — *ἀμίμων*, B.

Ceterum conferenda est tota haec descriptio cum Il. *ψ*, 362 sqq. Cycnus et Mars videntur equos exercere in stadio.

67. *χαλκῷ δηώσειν*] Hom. Il. VIII, 534 »*ἦ κεν ἐγὼ τὸν χαλκῷ δηώσας ἔναρα βροτόεντα φέρωμαι.*« In plerisque et optimis libris *δηιώσειν* legitur, A a pr. m. gl. addita *τέμνειν*, CF c. gl. *φονεῦσαι*, GK c. gl. *κτείνω, διακόπτω*, LmSV. Idem voluit ex T Trinc., qui *δηώσειν* scripsit. Nam in iota subscribendo Trinc. negligentissimus ubique, et T cum reliquis consentire, ex Goettling. silentio colligendum. Nec diversa videtur scriptura esse, quam E vitiose exhibet *δηΐῶσιν* c. gl. *τρῶσαι*, et N. *δηι ωσιν.*

In B D est *δαϊώσειν*, quod exhibent Ald. Iu. 1. 2. Farr. Ben. Frob. In I M *δηΐάσειν*. *δηώσειν* recte primi Bog. et Steph.

ἀπὸ κλυτὰ] *ἀπο, κλυτὰ* C S. *ἀποκλυτὰ* V Trinc. *ἀπόκλυτα* I.

δύσειν] *δώσειν* L.

68. *εὐχωλέων*] *εὐχολέων* A C E F Im N S propter rerum metricarum, opinor, imperitiam. *εὐχωλέων* in reliquis libris, ut K, et disertis verbis ap. d. — Eadem constructio, Od. IV, 767, *θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρῆς*.

ἔκλυε] *ἔκλυσε* C M. *ἔκλυε* saepissime ap. Hom. Quae schol. Pindari ad Ol. XI, 19 Boeckh. ex Stesichoro enarravit: »*ἐμαχέσατο δὲ Ἡρακλῆς, ὅτι κακόξενος ἦν Κύκνος, υἱὸς τοῦ Ἄρεος, καὶ ἐν παρόδῳ τῆς Θετταλίας οἰκῶν ἀπεκαρατόμει τοὺς παριόντας ξένους, ναὸν τῷ Ἀπόλλωνι βουλόμενος ἐκ τῶν κεφαλῶν οἰκοδομῆσαι, καὶ αὐτῷ παριόντι ἐπιβουλεῦσαι ἠθέλησε.*« vitio pessumdata esse et Heynius intellexit et Boeckhius. *Ἄρει* scribendum est. »Patri ex occisorum capitibus templum exstructurus,« iam Dammius, ad Pind. l. l. p. 268. Apollinis commemoratio propter lucum eius facta est.

69. Versum om. L, incuria scribae, ut recte visum Wolfio. — *Ἡρακλείην* vitiose E F Im.

70. Etym. M. p. 646, 39 seqq. *Παγασαῖος λέγεται ὁ Ἀπόλλων ἀπὸ Παγάσης· ἔστι δὲ τόπος τῆς Θεσσαλίας καὶ πόλις, παρὰ τὸ ἐκεῖ τὴν Ἀργὼ πεπῆχθαι. Ἡσίοδος ἐν Ἀσπίδι· Πᾶν δ' ἄλσος καὶ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασαίου.* Versus autem, Gaisfordo teste, deest in Ms. Dorvill. In schol. ad Apollon. Rh. I, 238, ubi de Pagasis sermo est, additur »*ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ καὶ Παγασαίου Ἀπόλλωνος ἱερόν.*«

71. *ὑπαὶ*] »recte. Wolf. praef. nov. LXVIII. Thiersch. Gr. Gr. ed. II, p. 214, n. 5.« Heinr. *ὑπ' αἰ* notavit Koehl. ex libro Parisino nescio quo.

καὶ αὐτοῦ] *καὶ* deest in B M Iu. 1. 2. Farr. Miror, quod Goettlingius *αὐτοῦ* de Cycno intellexit. Primum enim poeta de Cycno et Marte si-

mul enarravit, 58 — 65, deinde de Cycno solo, 65 — 69; denique de Marte solo. Sed interpungendum est post vocem *θεοῦ*, ut legatur »*λάμπεν ὑπαὶ δεινοῖο θεοῦ, τευχέων τε καὶ αὐτοῦ,*« ut est apud Hom. Il. VIII, 193 »*πᾶσαν χρυσείην ἔμεναι, κανόνας τε καὶ αὐτήν,*« ib. XI, 524 seq. *οἱ δὲ δὴ ἄλλοι Τρῶες ὀρίνονται ἐπιμίξ, ἵπποι τε καὶ αὐτοί*« cf. XIII, 684, XVII, 644.

72. *πῦρ δ' ὣς*] *πὰρ δ' ὣς* CS. *πῦρ δ' ὡς* A. Bas. 3. et Wolf., qui in mg. exempl. Loesner. »*ἐξ ὀφθαλμῶν*« adscripserat. Non dici potest, quoties ignis oculorum apud veteres poetas commemoretur.

ἐκείνῳ] *ἐκείνων* HIM, Robins. Heinr. *ἐκείνῳ* vel *ἐκείνω* recte scholiastae et libri, exceptis illis, quos significavimus, omnes, quod unum ferri posse apparet ex nexu sententiarum, cfr. Bauermeist. l. l. p. 11 seqq. Error Robinsoni inde natus est, quod 75 seq. ad Cycnum et Martem trahendos esse censebat.

73. *θνητὸς*] *θνητοὶς* cod. Parisin. ap. Koehl.

74. *πλὴν γ' Ἡρακλῆος*] Enarratores duplicem produnt scripturam. Diac. »*τίς δ' ἂν θνητὸς ἀνθρωπος ἐτόλμησεν ἐκείνῳ πλησιάσαι, πλὴν τοῦ Ἡρακλέους καὶ τοῦ Ἰολάου.*« Sed in f. »*τίς θνητὸς ὢν ὑπέμεινεν ἐναντίον ὁρμηθῆναι τῷ Ἄρει, πρὶν τοῦ ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν ἔνδοξον Ἰόλαον.*« Eadem differentia nostris in libris apparet, sed ita, ut praeterea *γ'* aut coniuncta cum *πλήν* legatur aut non legatur. *πρίν γ'* FHMm. *πλὴν* ABCGKL SV. *πλήν γ'* EIN. Editores omnes, excepto Trincavello, *πλὴν*, Aldum sequuti; *γ* adscivit Wolfius ex Trinc. Comparari potest Hom. Od. VIII, 207, *πλήν γ' αὐτοῦ Λαοδάμαντος*; de quo usu cfr. Naegelsbach, de part. *γε*, p. 13. Si accurate Thierschius notavit, G *πλὶν* exhibuit, quod potest viam ostendere, qua *πρίν* ortum sit. *Πλήν* reponendum.

Ἡρακλῆος] *Ἡρακλέος* GKSV *κυδαλίμου καὶ Ἰολάου* A. (Koës).

75. *κείνων*] *κείνω* C, unde Herm. Opusce. VI, p. 194. *κείνῳ* vulgatae scripturae praefert, quoniam, ut ait, res ipsa et vs. 77 ostendunt, de Hercule solo loqui poëtam voluisse. Mihi res dubia videtur. Libri enim illius non tanta est auctoritas et fides; neque nexu sententiarum cogimur, ut scripturam vulgatam immutemus. Hercule vero et Iolao commemorato, debebat utrumque laudare; atque, si *κείνῳ* scriptum esset, trahendum illud ad Martem videretur, ut *ἐκείνῳ* vs. 72; non ad Herculem; denique si transitus displicet vs. 77, cognoscitur inde poëtae ingenium, qui hac ratione ad narrationem in vs. 58 coeptam redire voluit.

76. Hi versus, primum in Operibus et Diebus reperti 148, 149, deinde a Theogoniae conditore repetiti, 152, ac forma insolita Hesiodoque soli propria, *ἐπέφυκον*, insignes, immerito et in Theogonia a Guieto, cfr. Muetzell. l. l. p. 100 et nostro in loco a Koeppenio resecantur. Talia produnt auctoris artem et consilium; cfr. v. 400. Ceterum *σταβαροῖσι* G. *μέλεσσιν* C et Trinc. *μέλεσι* F I. *μέπεσσι* S. *μελέεσσιν* E L exhibent. Habemus igitur vestigia scripturae *ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσιν* ut Opp. et D. 149.

77. *ὅς ῥα*] In enclisi non admittenda librarii eandem rationem hoc in loco sequuntur, quam ad vs. 44 vidimus.

79. *ἦ τι*] *ἤτοι* G V, sed *ἦτι* G. in mg. *ἠτί* Im. *H τί* Iu. 2. et M. si recte Dorvill.; *ἦ τί* S. Diac. *ἀληθῶς ἥμαρτεν εἰς θεοὺς ὁ πατήρ μου Ἀμφιτρύων* « f. » *ὄντως εἰς τοὺς μακαρισμοῦ ἀξίους θεούς τι ἥμαρτεν ὁ Ἀμφιτρύων* « sed scholia vetera » *τί οὖν, φησὶν, ἥμαρτεν εἰς τοὺς θεοὺς ὁ Ἀμφιτρύων, ὅτε φυγὰς ἐκ Τίρυνθος* « cett. Libri editi, quia Ald. et Trinc. consentiunt, Iu. 2. excepta, omnes *ἦ τι*.

μέγ'] *μετ'* exstat in libris scriptis et editis, quotquot comparati sunt, Iu. 2 et M. exceptis, (si recte Dorvill.,) ubi nescio quo modo *μεθ'* scriptum reperitur. Idem scholiastae interpretati sunt. Vul-

garem autem hanc scripturam primus impugnavit Dorvillius ad Chariton. p. 220, quia ἀλιταίνω ap. Hom. cum Accusativo, μετὰ praepositione nusquam adiecta, construi solet, cfr. Matth. Gr. Gr. §. 415, 11. Theogn. 1124 ἐπεὶ μεγάλους ἤλιτες ἀθανάτους. Quam quidem caussam quum sua assensione probatum ivissent Heinr. Herm. Gaisf. Dindf. Goettl. Schaef. ad Steph. thes. s. v. ἁλιτέω, I, p. 1490 Paris., qui in testibus coniecturae citandis omnia pervertit, Lennepius contra notandam esse dictionem, non temere damnandam aut repudiandam censuit, idemque iam H. Stephanum fecisse et Heynium ad Il. τ, 265 Boissonadus, qui Lennepium sequitur, notavit. At vero μετ' ita est contra usum epicae poesis usurpatum, ut nulla ratione ferri aut defendi possit; hoc mihi certissimum videtur; non licet nisi de optimo corrigendi modo disputari. Ac fuit, quum mihi perplaceret ἦ τι τότ' ἀθανάτους. Sed μέγ' propius abest a librorum scriptura et sententiarum nexui accommodatissimum est; neque frequentius quidquam, quam vocularum μετὰ et μέγα confusio, cfr. Gaulm. ad Theod. Prodr. p. 509. Hemst. ad Luc. Nigrin. I, p. 39. Schaef. ad Greg. Cor. p. 246. Bast. p. 710. Adde Soph. Phil. 515. Br. Unum obstat, quod μέγα τι, non τι μέγα dici solet. Hinc Lennepius coniecturam Dorvillii improbavit, Hermannus vero audaciorem invexit hanc mutationem »ἦ μέγα δή τι θεοὺς μάκαρας« ut Apollon. Rhod. III, 890 »ὦ φίλαι· ἦ μέγα δή τι παρήλιτον« vel Noster, v. 103. »ἦ μάλα δή τι« Heinr. margini suo adscripsit, p. 128, post verba et Dorvill. l. c. »ubi in exemplis est etiam τι μέγα. τὶ μέγα προσδοκᾷν Ἀθηναίους ἀγαθόν. Plut. Demosth. c. 22. τὶ ὑμῖν μέγα λέγειν Plat. Apolog. Socr. c. 5. Longus, Pastor. p. 88 Schaef. ὥσπερ τι μέγα καὶ θεόπεμπτον. — Sed hoc fortasse capiendum, ut Homeric. ἦ τι μάλα χρεώ. Il. XIII, 197.« Haec mea ipsius quoque fuit coniectura; ἦ τι iungenda puto; μέγ' ad vocem ἤλιτεν trahendum.

μάκαρας] μακρας L. τοὶ, ὄλυμπον, commate posito B. Ald. Iu. 1. ἔχουσι E.

Ceterum quae ab hoc versu usque ad vs. 94 leguntur, ea omnia ab antiqua poematis forma remota fuisse, Fr. Thierschius suspicatus, de Hesiodo, p. 28 not., laudatur a Goettlingio ad h. l. Aliter iudicavit ac recte quidem Hermann. Opusce. VI, p. 194. Nam quod Hercules sortem suam deplorat, neque indignum est heroe et convenit cum notissimis illis Alcumenae verbis in Eoearum fragmento,

ὦ τέκνον, ἦ μάλα δή σε πονηρότατον καὶ ἄριστον
Ζεὺς ἐτέκνωσε πατήρ.

Et alio loco

τέκνον ἐμὸν, Μοῖραί σε πονηρότατον καὶ ἄριστον

ap. Aspas. Eth. Nicom. III, p. 45. Similiter in Moschi carm. notissimo Megara loquitur, ut vs. 11.

τοῦ δ' οὔτις γένετ' ἄλλος ἀποτμότερος ζωόντων.

Praeterea tam arcte cohaerent verba Herculis cum Iolai responso, ut illud ipsum delendum fuisset, atque ita, abiectis omnibus, quae rei exornandae inserviunt, ipsa epicae poesis indoles prorsus exstingueretur. Apud Stesichorum Hercules, a Marte fugatus primo impetu, postea redit ad Cycnum occidendum; apud Hesiodum vero sempiterna quidem haec certamina refugit, sed nullo Martis timore exagitatus progreditur, et post mutuos cum Iolao sermones, felicissimo conatu Cycnum mortalem interimit, Martemque deum vulnerat.

80. ἤλιτεν] ἤλιτ' ἐν I. ἤλιτεν m. ἥλιτεν D. Heins. ἤλιθεν Ald. εὐστέφανον SV Trinc.

81. ἦλθε] ἦλθεν I.

Τίρυνθον] Τίρυνθα KOV, Voss. Ruhnkenii, et Florent. Lennepii, sed in K margo habet, γρ. Τίρυνθον. — Τίρυνθ' FIMm et Flor. Lennepii, quae scriptura ex altera illa Τίρυνθα orta est et correctoris esse videtur. — Praeterea Τίρυνθα ap. f. repperi. Reliqui Τίρυνθον exhibent; quae forma in Argumentis librorum GKOV exstat » Τιρύνθου

τότε βασιλεύοντος, « et Editores, Aldo et Trincavello consentientibus, omnes Τίρυνθον dederunt praeter Wintertonum, qui lectore non monito, Τίρυνθος dedit, quod post eum Ruhnkenius coniecit, Epist. crit. p. 102 et Heinr. Gaisf. Dind. receperunt. Contra pro antiqua forma Τίρυνθον steterunt primus, ut Heinrich. in mg. adnotavit, I. H. Voss. in sched. crit. I, p. 245; deinde Lennepius, Boissonadus et Goettlingius. Nec immerito. Talia enim coniectura non tollenda. Accessit nuper summus iudex, Lobeckius, Paralipp. Gr. Gr. p. 167 seq. coll. p. 94 et 144. Add. Ei. Phryn. p. 116 et Welck. Aeschyl. trilog. p. 212.

ἐϋκτίμενον] εὐκτ. Trinc. ἐϋτίμ. Iu. 2. Farr.

82. Ἠλεκτρύωνα] Ἠλεκτρυῶνα Trinc. ut vs. 3.

85. ἵκετο] ἥκετο FMm mendose. Legitur versus in schol. ad Sophocl. Antig. 1158. Εὐρυδίκην· Ἡσίοδος Ἠνιόχην αὐτὴν καλεῖ· Ἵκετο δ' εἰς Κρείοντα καὶ Ἠνιόχην, cfr. Wex. II, p. 53. Huc pertinet, quod Heinrich. in mg. notavit. » Heniochen Creontis filiam Pausanias commemorat IX, 10, 3. « Ceterum ἐς, quod Wolfius recte recepit pro εἰς, probavit Heinrich. in margine repertumque est ut ap. Trinc., ita in IKm aliisque in libris. De toto constructionis genere comparanda est docta Spitzneri disputatio in Exc. ad Il. XXXV p. CXXIII seqq., cui assentior. In Mon. sch. » εἰς Κρείοντα καὶ Ἠνιόχην· οὗτοι Θηβῶν βασιλεῖς « cfr. supr. p. 47, n. 3.

84. ἅρμενα] ἅρματα L. vitiose. Praeterea in spiritu huius vocis sibi non constant editores; asperum praeferunt antiquiores, Ald. Iu. 1. 2. Trinc. Farr. Frob. Bass. Bog. Ben. Steph. Co. Heins., recentiores lenem, Schmidt. Robins. Loesn. Krebs. Heinr. Gaisf. Dindf. Boisson. Goettl. Eadem varietas in libris. ἅρμενα ABCEFG. ἄρμενα DIK. Non aliter in Homero, ubi cfr. Spitzn. ad Il. Σ, 600. Magis tamen Hesiodea haec vox, quam Homerica. cf. v. 116. Opp. 405. 540. 806., quo in loco M ἅρματα habet, et Theog. 639.

85. ἦ δίκη] Ita B C I K Trinc. Steph. Co. Heins. cett. ἡ δίκῃ A. ἦ δίκῃ D. ἦ δίκη E F G. Ald. Iu. 1. 2. Haec quomodo ex legibus linguae Graecae et veterum grammaticorum doctrina intelligenda et scribenda sint, disceptatum est nostra aetate inter Spitznerum in Exc. II, p. VIII seqq. et Lehrsium, Quaest. epp. p. 44 seqq. Licet enim illi locum nostrum non attingant, neque loqui videantur, nisi de vulgari ratione dicendi ἦ θέμις ἐστί: tamen patet ἦ δίκη ἐστί, eodem trahendum esse. Scribendum igitur hoc quoque in loco ἦ δίκη ἔσθ'. In voce ἐσθ' accentus male omissus in Ald. Iu. 1.

ἱκέτῃσι· τίον] ἱκέτηι· τοῖον L. ἱκέτῃσι· τῖον A Heins. Hinc duplex apparet scriptura: ἱκέτῃσι· τίον, vel ἱκέτῃ· τῖον, quarum posteriorem probandam arbitramur. Permirum et ineptum est scholion in K *Τίον· πόλις ἐν Παφλαγονίᾳ.*

δ' ἄρα] Ita C Trinc. δ' ἄρ B. τίον γὰρ κηρόθι μᾶλλον· γρ. τίον δ' ἄρα κηρόθι μᾶλλον. Mon. sch. δέ γε H M. σέ γε I unde effici videtur altera scriptura δέ ἑ, quam praeferimus. In f. »ἐτίμων δὲ αὐτὸν ἐκ ψυχῆς μᾶλλον.«

κηρόθι μᾶλλον] Ita libri plerique. Sed in K. gl. ἐκ τῆς καρδίας· γρ. τηλόθι, eaque fuit scriptura in B. a pr. m., a recentiore manu mutata in κηρόθι, addita gl. ἐκ ψυχῆς μᾶλλον. Nihil esse videtur, nisi vitium in scribendo admissum; possit vero etiam ex scholio ortum esse, quum in f. legamus »καθὰ νόμος ἐστὶ πᾶσι βροτοῖς ποιεῖν πρὸς τοὺς ἐλθόντας ἱκέτας ἐξ ἀλλοδαπῆς χώρας πρὸς αὐτούς.« Recte κηρόθι et ex usu Homerico, de quo cfr. Herm. ad hymn. Hom. in Cer. 362 et Nitzsch. ad Od. V, 36 et 285.

87. ἄμμες ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν] haec est vulgaris librorum scriptura, quam Hesychius Guieto interpretari videbatur, I, p. 1376 »ἐπιπλομένων· κυκλουμένων, πληρωμένων, ἐπερχομένων« ita ut frustra Kuster. ibi ex Od. η, 261 ἐπιπλόμενον corrigere conatus esset. De Hesychio tamen, raro Hesiodeas

formas easque e Scuto petitas interpretante, nihil affirmandum est. Sed G O *περιπλομένων* exhibent, in quam formam Guietus coniectura inciderat, suspicatus *ἄμμε περιπλομένων* scribendum esse: cuius sententiam Osann. ad Philemonem probavit. At quum alibi quoque *ἐπιπλόμενος* reperiatur, cum ap. Homer. Od. *η*, 261. *ξ*, 287, tum ap. Hesiod. Theog. 493; altera vero forma longe sit notior et frequentior, ut facile potuerit in locum eius substitui: non est, quod Guietum sequamur. Superest scriptura Trincavelli *ἐπιπλομένῳ ἑνιαυτῷ*, qui si Goettlingio fides habenda est, hac in re non librum Triclinii, sed aut alium auctorem aut suum est ipsius iudicium sequutus. Ac memoratu dignum est, Trincavellum in Theog. 493 pro scriptura plerorumque librorum *ἐπιπλομένου δ' ἑνιαυτοῦ* dedisse *ἐπιπλομένων ἑνιαυτῶν*, hoc autem loco singularem pro plurali: quod utrumque potuit ex simili caussa nasci; illic enim pluralis electus, ut postea a Clerico et Robinsono, ne, ut Muetzell. ait, p. 106., magnus Iupiter nimis brevi temporis spatio ad magnitudinem patri terribilem adolevisse videretur; hic singularis, ne plures anni necessarii fuisse dicantur ad Herculem Iphiclemque gignendum. Accedebat autem, quod ap. Diaconum reperiebat singularem *προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου*; dativumque genitivo praeferebat, quia *ων* et *ω* facilius, quam *ων* et *ου* commutantur, cfr. Koen. ad Greg. Corinth. p. 266. Ita in Etym. Gud. p. 206, 43, Theog. vs. 184 *περιπλομένῳ ἑνιαυτῷ* scriptus est. Cfr. Muetzell. l. l. Acquiescendum igitur in librorum scriptura, praesertim quum recte Muetzellius posuerit, eadem vi utrumque numerum dici posse: quanquam, ut vidimus, alia interpretationis via patet.

88. *φυὴν ἐναλίγκιοι*] *φυὴν ἀλίγκιοι* L. *φρένας ἐναλίγκιον* corrupte in D Ald. Iu. 1. 2. Farr., eademque scriptura in B. a pr. m., ubi tamen parte literae *ν* erasa, *ι* relictum et interpretatio *ὅμοιοι* apposita est, quae eadem in K exstat, ubi in mg.

γρ. φρένας, sed litteris postea expunctis. Caussa corruptelae patet ex Mon. sch. ad vs. 88 τοῦ μὲν φρένας γρ. οὔτε φυήν. Ceterum similiter Theocr. 22, 160 μυρίαι, οὔτε φυῆς ἐπιδευέες, οὔτε νόοιο de mulieribus. — A γινόμεσθ'.

89. τοῦ] τῷ schol. Cantabrig. ap. Basill. non male.

90. δόμον] δῶμα BCGK (B. a pr. m.) Ald. Iu. 1. 2. Farr. Possis cogitare de transponendis vocibus δῶμα σφέτερον, sed minus bene.

τοκῆας] τε ante h. voc. excidit in Iu. 1. 2. τοκήας G. τοκνῖας Trinc.

De voce σφέτερον nota sunt omnia, cfr. Wolf. Prolegg. CCXLVIII. Buttm. Lexil. I, p. 52. Meinek. Rhian. p. 120. (Commentt. philoll. Academ. Berolin. 1832). Saepissime, ut Hesiodum dixisse aiunt, Pindarus loquutus est, Ol. 13, 86. P. 4, 148. Isthm. 6, 49; 8, 122. Neque praetereundum σφέτερος pro ἡμέτερος ap. Xenoph. Cyrop. 6, 1, 10., de quo Wolf. cogitavit. cfr. Matth. Gr. Gr. §. 489.

91. ὤχετο τιμήσων] ὤχετο δ' ἀτιμήσων L. ὤχετο τὸ μήσων D. ὤχετο τομήσων B. a pr. m. Ald. Iu. 1., fort. ex errore librariorum propter το praecedens.

ἀλιτήμερον Εὐρυσθῆα] De his verbis vexatissimis disputaturi primum scripturam librorum, scholiastarum aliorumque testium, deinde virorum doctorum opiniones promamus necesse est. Libri plerique praebent, quod a Wolfio editum est; sed ἀλητημένον B. (ἀλιτημένον Ald. Iu. 1. 2. Farr.) ἀλιτίμενον E. ἀλιτήμηνον IM. Εὐρυσθέα Mm. Εὐρυσσῆα Trinc. Hinc duplex prodire videtur scriptura, altera ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα, altera ἀλιτήμηνον Εὐρυσθέα. — In scholiis, quae Tzetzae nomen ferunt, lemma »ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα« explicatur »διὰ τὸ πρὸ καιροῦ τεχθῆναι, cfr. p. 27. Diac. nihil nisi »ἀπῆλθε δουλεύειν Εὐρυσθεῖ τῷ βασιλεῖ Πελοποννήσου.« Sed eadem notione vocem ab eo sumptam esse, ea, quae de Eurysthei partu enarravit, confirmant. In f. legimus »Εὐρυσθέα τὸν ἀποτυχόντα τῶν νενομισμένων μη-

νῶν τῇ γεννᾷ « cett. In K. vero *ἀλιτέω, ἀλιτῶ* » *τὸ ἁμαρτάνω* et *γρ. ἀλιτήμενον· ἡμαρτημένον ἤγουν διὰ τὰ ἁμαρτήματα λελειμμένον.* « Quae scriptura in K sit, mihi non patet.

His adiungenda sunt, quae ex Etymologicis Magno et Gudiano huc pertinent, sed ita, ut nunc quidem a Gudiano incipiamus. Ibi igitur p. 242, 30 seqq. legimus: » *Ἠλιτόμηνος· ὁ Διόνυσος· σημαίνει δὲ τὸ ἑπταμηνιαῖον γεννηθὲν παιδίον· Καλλίμαχος· τὴν οὐκ ἔπλησε μήτηρ φέρουσα, οὓς ὠδῖνε, μῆνας. Ὅμηρος. Ἐκ δ' ἄγαγε προφόωσδε καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα, παρὰ τὸ ἄλιτος ἀλιτόμηνος, ὡς παρὰ τὸ ποιητὴς ποιητοῦ, διδάσκαλος, διδασκάλου· σημαίνει δὲ τῶν κακῶν λύσιν.* « Haec in fine corrupta esse, nemo non intelligit. Inspexi hac occasione oblata Gudiani Etymologici exemplum, a Kulenkampio descriptum, quod in Gottingensi bibliotheca asservatur; meamque opinionem de corruptela vocum supra positarum vidi certissimam esse. Etenim exstant ibi puncta sub illis vocibus posita, *ποιητὴς ποιητοῦ, διδάσκαλος διδασκάλου*, quae signa sunt corruptelae ab ipso scriba significatae. Ea plurima per totum librum sparsa, pessimo instituto prorsus omissa sunt ab editoribus, qui diligentissime ita, ut Kulenkampius descripsisset, Etymologicum Gudianum sese expressisse affirmarunt, cfr. praef. p. III. Ultima verba » *σημαίνει δὲ* « suspicor equidem post vocem » *Μίνωα* « l. 15 addenda esse, et voci *ἠλύσιον* explicandae inservire, ut paullo ante: » *ἡδεῖαν παρέχον ζωήν.* « Ex Etym. M. reliqua corrigi possunt. Ibi enim p. 428, 10 seqq. legimus: » *Ἠλιτόμηνος καὶ ἀλιτήμερος· σημαίνει δὲ τὸν ἑπταμηνιαῖον γεννηθέντα παῖδα, ὡς φησι Καλλίμαχος, — τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσα μήτηρ οὓς ὠδῖνε μῆνας — τὸν διημαρτηκότα τοῦ καθήκοντος μηνὸς εἰς τὸ τεχθῆναι· ἀλιτεῖν γὰρ τὸ ἀποτυχεῖν καὶ ἁμαρτάνειν· καὶ Ὅμηρος Ἰλιάδος τ', Ἐκ δ' ἄγαγε προφόωσδε καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα· — διημαρτηκότα τοῦ τελείου ἀριθμοῦ τῶν ἐννέα μηνῶν. ἑπτάμηνος οὐκ Εὐρυσθεύς· παρὰ τὸ ἀλίτης ἀλιτόμηνος,*

ὡς ποιητής, ποιητοδιδάσκαλος.« Haec si quis accurate contemplatus inter se contulerit: non poterit, ut opinor, nisi haec ex Callimacheo aliquo scholio desumpta putare. Bacchum Callimachus in hymno aliquo ἠλιτόμηνον appellaverat, ut Homerus Eurystheum; de Hesiodo scholiasta omnino non cogitavit. In Etym. Magno pleniora omnia, sed Dionysi nomen omissum; in utroque altera forma simul explicata, ἀλιτόμηνος a voce ἀλιτής et μήν. Verisimillimum igitur, quod Buttmann. Gr. Gr. II, p. 72 suspicatus est, ἀλιτήμερον nihil esse, nisi scripturae vitium. Vera est scriptura ἀλιτόμηνος, ut patet ex Suidae lexico s. v. ἀλιτόμηνος, ὁ τοῦ τελείου μηνὸς διημαρτηκώς· ὁ ἠλιτόμηνος. p. 224, 8 Bernh.

Scholiastae Scuti quum ab Homero scirent Eurystheum ἠλιτόμηνον dictum esse, idem ab Hesiodo factum autumabant, et aut scribebant ἀλιτήμηνον, quod correctoris manum prodit, aut ἀλιτήμενον eodem modo interpretabantur: utrumque perverse instituentes, praesertim quum tota illa historia Homerica sit, non Hesiodea. Apud Hesiodum enim Iuppiter consilium suum assequitur; voluit Herculem ἀρῆς ἀλκτῆρα gignere et genuit; apud Homerum regem voluit facere et Iunonis astutiae cessit. Rectius igitur K., quocum Hesych. comparandus est »Ἀλιτημένον· ἡμαρμένον.«

Inter recentiores criticos fuerunt, qui librorum scripturam ἀλιτήμενον defenderent, ut Heinrich. qui Od. δ, 807 comparabat, Buttm. l. l., Lennep. ap. Boissonad., Muetzell. *Hall. Allgem. Litztg.* 1833 p. 412 seq. et Tafel. in Steph. thes. s. v. ἀλιτήμενος, I, 1492. Ac Lennepius quidem prudenter monuit: »Nam et obscurius est ita nude positum vocabulum, nec plane intelligi potest, nisi cognitam habeas illam de Eurystheo ante iustum tempus edito fabulam. Et vero Hesiodus, aut quisquis fuit huius antiqui sane carminis auctor, aerumnas Herculis ab altiore fonte repetit, Amphitryonis peccato, ut eam

fabulam aut non probasse aut omnino ignorasse videatur. Tum *ἀλιτήμενον*, quod omnes habent codd., commodam sane explicationem recipit, iniurium, in Amphitryonis nempe familiam. « Plerique tamen locum mutandum esse arbitrantur. Ac primo quidem Guieto placuit *ἀλιτήμερον*, » hoc est *τὸν διημαρτηκότα τῆς ἡμέρας, ἢ τῶν ἡμερῶν τοῦ τοκετοῦ* « coll. Hesych. s. v. *ἠλιτόμηνος*. Cuius coniecturam Schneider. in lex. Gr. s. v. *ἀλιτήμερος* et *ἠλιτοεργός* probavit, coll. Etym. M. l. l. et Hesych. s. v. *ὠλιτήμερον*. Neque aliter iudicavit Hermann. Add. ad Gregor. Schaef. p. 819, qui lectionis veritatem facile persuasit Schaefero, cfr. Greg. p. 358 not., confiso imprimis similitudini litterarum *ϱ* et *ν*, quae in codd. saepenumero commutantur. His autem assensus est Gaisford., qui *ἀλιτήμερον* primus in textum recepit; Gaisfordum Dindorfius sequutus est; nec Boissonadus et Goettlingius refragantur, quanquam cautiores *ἀλιτήμενος* in textu retinuerunt. Alia loci corrigendi ratio est Bentleiana, *Εὑρυσθῆ' ἠλιτόμηνον*, in quam eandem Heynius inciderat ad Il. T. VII, p. 632; sed ea acutissime est ab Hermanno l. l. et Bekkero in censura Homeri Wolfiani p. 131 impugnata, et iam ab Heinrichio minus probata. Nos igitur Buttmannum sequimur, qui formam rectissime explicavit, cfr. Nitzsch. ad Odyss. I, p. 318, quae una sententiarum nexui accommodata est. Ceterum Heinrich. in mg. ad vs. 91 simul et Buttm. laudavit, et *ϱ* addidit, tamquam ita scribere vellet, adscripsitque » *ἑτερήμερος* Odyss. *λ*, 302. « et ad mg. p. 131. » At vide Schneider. Lex. Gr. nov. ed. Apud Etymol. fragmentum Callimachi tentavit, non restituit magnus Bentlei. Callimach. fragmm. p. 507. Aliter Wakef. silv. crit. II, p. 115. Ap. Hesych. *ὠλιτήμερος* e vitioso Codice. « et in eadem pagina. » Exstat emendatio in schedis Bentleii. v. Critical Review. 1804 Novemb. p. 348 et *Jen. A. L. Z.* 1809. *Nr.* 244 p. 131

not. 2. vid. Herm. in Greg. Cor. Schaefer. Addenda p. 878 s. «

92. *πολλὰ*] *μάλα* B D Ald. Iu. 1. ex glossa.

μετεστοναχίζετ'] Ut Wolfius, ita editores omnes. (Trinc. *μετέστονα χίζετ'*) et libri plerique. Sed *μέστονα χίζετ'* E et *μεταστοναχίζετο* G K, quanquam in K. *εστο* suprascriptum est. Ceterum adverte, in omnibus libris legi *στοναχίζετ'*, (non *στεναχίζετ'*) quam formam ex Homero Wolfius expulit, Spitznerum fautorem suae sententiae nactus, cfr. Exc. III ad Iliad. p. IX, seq. Rost ad Damm. lex. s. v. *στοναχίζω*. Buttm. Lexil. I, p. 214 seqq.

ὀπίσσω] *ὀπίσω* F I. *ὀπείσσω* E.

93. *ἣν ἄτην*] *ἣν ἄτταν* C. *ἣν ἄταν* K, sed *η* superscr. a recent. m. De notione vocis cfr. Buttm. Lexil. I, p. 227.

ἀχέων] Ita libri et scholiastae. Graevius autem in lectt. Hesiodd. ad h. v. *ὀχέων* substituit, comparato loco Odyss. XXI, 302, *ὁ δὲ φρεσὶν ἦσιν ἀασθείς ἤϊεν, ἣν ἄτην ὀχέων ἀεσίφρονι θυμῷ*. Is tamen paullo aliter capiendus est. Deinde Heinrich. huic coniecturae favebat, cfr. not. ad h. v., propter accusativum, quocum *ἀχέων* apud Homerum non construitur: haerebat tamen; postea vero margini adscripsit. »Immo *ὀχέων*, cf. Clark. ad Odyss. *φ*, 302. « Denique Dindf. in textum illud recepit. At Goettling. ad librorum scripturam rediit, commate post *ὀπίσσω* deleto, ut accusat. penderet a voce *μετεστοναχίζετο*. Hoc equidem probo, coll. Od. *δ*, 261, *ἄτην δὲ μετέστενον*. Ludere si velis, possis *ἀκέων* reponere ex Il. *A*, 34, ubi Zenodotus *ἀχέων* scripserat, vel melius etiam *ἀέκων*. Sed praestat vulgata.

ἡ δ' οὐ] *ἦ δ' οὐ* D Ald. Iu. 1. eademque ratione prima in B manus dederat, adiecta interpretatione *ὄντως*, qua deleta alius refinxit *ἦ δ'* enclisi particulae *δ'* admissa, de qua diximus. *ἦ δ'* C Trinc.

παλινάγρετος] K. »*παλινάγρετον ἤγουν πάλιν καὶ*

αὖθις ὑστερόληπτον ἢ ἀφ' οὗ δύναταί τις πάλιν διεγερθῆναι.« Neutrum adiectivi interpretatur; in textu, ut vulgo.

94. ἐπετέλλετ'] ἐπέτειλεν T et spiritu aspero in fine post *ν* addito Trinc. cfr. v. 11; inde mg. Steph. — Hom. Od. λ, 622 ὅ δέ μοι χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους. Theog. 994 seq. τελέσας στονόεντας ἀέθλους, τοὺς πολλοὺς ἐπέτελλε μεγὰς βασιλεὺς ὑπερήνωρ. In f. ἐπέταξε χαλεποὺς ἀγῶνας.

Sed magna exoritur difficultas, si ad sententiam, quae in his versibus inest, animum advertimus. Ac primum quidem Iphiclis fortuna nobis ignota est; neque ab ullo alio scriptore, quotquot supersunt, similia referuntur. Permira vero, quae scholiastae ex hoc loco narrant; cfr. p. 27 »ἐπεὶ ἀπολιπὼν τῷ Εὐρυσθεῖ τὸν ἑαυτοῦ οἶκον ἀπεχώρησε·« Deinde vero non minus refragari videtur vulgari famae, quod Hercules labores suos suscipere dicitur, non ab Eurystheo, sed a deo iussus. Sequitur ergo poeta rationem longe diversam, cuius hoc proprium est, ut Iovis filius et ad mala a diis hominibusque propulsanda genitus, vs. 29., hac fati necessitate coactus (nihil enim aliud *δαίμων* significat, cfr. Maetzner. de Iove Homeri, p. 16 seqq.) contra improbos bella suscipiat sempiterna. Hinc ipsi dii armis eum instruxerant, quum primum sese ad certamina accingeret, vs. 126. Eurysthei vero hac in narratione nullae omnino partes.

95. ἔχ' ἡνία φοινικόεντα] cf. Hom. Il. V, 226, 230 et VIII, 116; ubi v. Heyn. T. V, p. 42 et 457. Nam hoc quoque in loco diversitas scripturae ἡνία σιγαλόεντα ex E notatur, ex Homeri usu haud dubie nata.

96. ὠκυπόδων] ὠκυπέδων A., si recte Thiersch. — μέγα δὲ] δὲ om. m. Facilis se offerret correctio »μέγα δ' ἐν φρεσί« coll. vs. 454, »ἐνὶ φρεσὶ θάρσος ἀέξων«, nisi obstaret Hom. Od. XI, 195 »μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἀέξει.« — ἀέξων] ἀέξω· C.

97. ἰθὺς] ἰχθὺς I. ἰθὺς· ταχέως· ἀντὶ τοῦ ἰθέως

ἦγουν ὀρθῶς καὶ ἐναντίον· ὄνομα ἀντὶ τοῦ ἐπιῤῥήματος. K. — Simillima et sententia et structura in Il. V, 124, ubi Minerva Diomedem alloquitur: »θαρσῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι·«; quare nihil efficitur scriptura ἔχων H. — ἔχον Trinc. in scholio, sed ita, ut aperte nihil sit, nisi error typothetae.

Ceterum diversas ob caussas hic locus dubitationi obnoxius fuit. Fr. Thierschius enim de Hes. p. 28 propter molestam vocum ἔχειν et ὠκυπόδων ἵππων repetitionem duo versus 95 et 96 abiiciendos esse censuit: cuius sententiam non assequutus est Goettlingius ad h. l., discrimen illud, quod est inter ἔχεν ἡνία et ἰθὺς ἔχε θοὸν ἅρμα, optime intelligentis. Quae quidem coniectura praeclarum videri possit ex enarratoribus nancisci adiumentum, quorum et Diac. haec pauca verba posuit: »Ἀλλὰ σὺ κράτει τὰ χαλινὰ τῶν ἵππων· καὶ μὴ δειλιάσῃς τὸν Ἄρην« et f. post interpretationem vs. 94 et interiectam de Herculis laboribus narrationem ita pergit: »Ἀλλ' ἐπ' εὐθείας ἔλαυνε τοὺς ἵππους, μήδ' ὅλως φοβηθεὶς τὸν κτύπον.« Nec tamen ei assentiendum puto. Tales enim repetitiones apud epicos poetas frequentissimae: praeterea quum alter scholiastarum ἔχ' ἡνία, alter ἰθὺς ἔχειν explicet, quumque Diaconus interdum brevitati studeat, Anonymi vero interpretatio propter inutilia additamenta scribae pluribus in locis non satis plena sit, scholiastarum quoque testimonium incertum esse patet. Aliter Hermannus iudicat, qui non in paucis versibus eiiciendis acquiescit, sed a vs. 96 usque ad vs. 101 omnes spurios esse opinatur: ne potuisse quidem, ait, Herculem adhortari ad frenos capiendos et ad cursum recta via adversus Cycnum dirigendum, quum ipse arma nondum cepisset. Cuius rationem equidem non probo. Nam quum Hercules de se et Iphicle loquutus esset, fratrisque dementiam, audiente filio reprehendisset, ac de onere sibi imposito questus esset, quid tandem convenientius

esse poterat, quam ut ipse primum ad certamen se accingeret et propterea a curru descensurus, Iolao frenos regendos traderet, deinde vero Iolaum ad fortitudinem veterem nunc probandam admoneret? Quamquam enim poeta tacet, tamen propter vs. 321 hoc ipso momento Herculem de curru descendere voluisse, cogitandum est. Poterant illo tempore certamen evitare: recta via quum Apollinis lucum petendum omnemque Martis timorem abiiciendum esse diceret, simul se quamquam invitum, tamen ad certamen subeundum promptum esse paratumque significavit.

Quae Iolaus respondet, his aptissime conveniunt. Primum enim caussam explicat, cur dii Herculem tanta in certamina miserint: deinde ipse tam sese fortem paratumque ostendit, ut vix ab hoste petendo se temperare posset; et Herculem adeo ad arma sumenda adhortatur, prorsus illi Iolao similis, quem Stesichorus celebraverat; seque cum Hercule coniungit *δύο παῖδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο*, vs. 112. Quia autem spem excitaverat, fore ut inimici fugerent: postea Hercules monet, imminere iam pugnam, equoque Arione imprimis esse confidendum. Priusquam igitur Hercules, armis sumptis, se ad certamen accingit, recte docet, quid Iolao faciendum sit. Aut igitur fallor equidem aut haec imago heroum sese invicem exhortantium imprimis, ut videtur, Iolai ornandi caussa admissa, non est loco suo movenda.

98. *ὑποδδείσας*] *ὑποδδὲις* Im. *ὑποδδεῖε* H. Possis de imperativo cogitare.

99. *ὃς νῦν*] *ὃς καὶ νῦν* A.

κεκληγὼς] *κεκλογὼς* Im.

περιμαίνεται] *περὶ, μαίνεται* C, non male. Certe apud Homerum *περιμαίνεσθαι* frustra quaeritur. Diac. »ὃς νῦν μαίνεται ὑπὸ θυμοῦ καὶ τῆς περὶ τὴν μάχην ὁρμῆς.« Accuratius f. »ὃς νῦν βοῶν περὶ τὸ ἱερὸν ἄλσος τοῦ Ἀπόλλωνος μανιωδῶς περιέρχεται.« In K. »κεκληγώς· κράζων.«

100. ἐκατηβελέταο] ἑκατηβολέταο B., vitio ex voce ἑκατηβόλος orta, cfr. Il. I, 75.

101. ἦ μὴν καὶ κρατερός περ] ἦ μὴν κάρτερός περ, καὶ omiss., GV. In K καὶ insertum est postea, et gl. »ἦ μήν· ὄντως.«

ἄαται] ἀᾶται C et in Mon. sch. ἀᾶται· πληροῦνται. Reliqui libri omnes, nullo excepto, ut vulgo legitur, ἄαται exhibent. Ap. Hesych. ἆται, πληροῦνται; quod reponendum esse putarunt Heyn. ad Il. V, 388 (T. V. p. 75) et Buttm. Lexil. I, p. 9 et Additamm. p. 500 et Gr. uber. II, p. 86. Contra ἄεται coni. Thiersch. Gr. §. 232, n. 17. ἀασσεῖται pro ἀάσσεται, ut πεσεῖται pro πέσεται, participio ἐών abiecto, Guietus.

Plerique veterum ἄαται pro praesente habuerunt. Mire d. »ἄαται· ἤγουν κορέννυται. ἄημι γὰρ τὸ ἐκπνέω, καὶ τὸ παθητικὸν ἄαμαι, ἄασαι, ἄαται« cf. Buttm. Lexil. I, p. 230. Diac. »κορέννυται γὰρ πολέμου, καίπερ ἀνδρεῖος ὤν,« gl. A. πληροῦται ut ap. Hesych., gl. b. »θλιβήσεται· ἐνεστῶτα εἶπεν ἀντὶ μέλλοντος,« eodemque modo fortasse intelligenda gl. G. »χορτασθήσεται« et f. »Ὄντως δὴ καὶ ἰσχυρὸς ὢν ὁ Ἄρης καὶ ἀκόρεστος νῦν ὑφ' ἡμῶν κορεσθήσεται τοῦ πολέμου.« Certum igitur testimonium veteris grammatici non exstat, unde ἄαται pro futuro habitum esse colligas; praesenti potius h. l., ut saepius, vim futuri tribuebant. Hermannus vero Opuscc. VI, p. 195 non formam solum, sed etiam notionem praesentis retinuit, ingeniosa loci interpretatione usus hac: »*auch ein noch so Tapferer wird des Kampfes satt.*« Ac profecto, si Hermannum sequuti vs. 95 — 100 eiiceremus, ea sese maxime commendaret interpretandi ratio. Sed si vere antea iudicavimus, illos versus servandos esse, non poterimus nisi futuri notionem retinere; quod recte est et a Buttmanno defensum et a Goettlingio ad h. l. Ceterum in hac voce explicanda viam novam iniit V. D. Th. Benfey, Wurzellexicon, p. 393 seq., quod amice me docuit V. D. Alb. Lion.

102. *τὸν δ' αὖτε*] *τόν δ'* S. Post has voces *δὴ* insertum in K, ut putat Matth., ex glossemate *τοῦ αὖτε*. *ἀμώμητος*] *ἀμώμυτος* B Ald. Iu. 1. 2. Farr. In K. »*μωμητὸς ὁ ψεκτός· ἀμώμητος, ἄψεκτος, ἄμωμος.*« 103. *ἠθεῖ', ἦ μάλα δή τι*] »*ἠθεῖ'* nostrum in plerisque codd.; in aliis inutiliter aberratum« Wolf. Diversitas scripturae haec est: *ὦ ἠθεῖε· ἦ δή τι* Im. *ὦ ἠθεῖε· ἤδη τι* m., *ὦ ἠθεῖε· ἦ μάλα δή τι* FM, (sed in F. *μάλα* superscr., non in textu), — *ὦ θεῖ', ἦ μάλα δή τι* T ex Diac., qui interpretatur *ὦ θεῖε, ὄντως* etc., quod corruptum exstat in Iu. 2 et Farr. *ωθ' εἰ, ἦ* sine acc. — *ἠθεῖε· ἦ μάλα δή τι* AESV. *ἠθεῖε· ἦ μάλα δή τοι* G, *ἠθεῖε· ἦ δή* H. — *ἠθεῖ' ἦ μάλα* B a sec. m. P Steph. et recentiores editores omnes. *ἦ θεῖ'* quod erat in B a pr. m., vitio in Comm. illatum, repetitum est ab Heinsio aliisque, iam a Graevio correctum. — *ἤθει' ἦ* Ald. Iu. 1. Frob. ut scriptum est, solo apostropho omisso, in Hesych. exemplo Veneto, p. 1611 Alb. p. 335 Schow. — De vocis notione et usu v. f. supr. p. 52 et Schneidew. Exercitt. critt. p. 27. — Hi errores omnes ex scholiis orti. In f. *ὦ ἠθεῖε· ὄντως δή τοι.* In gl. G. *ὦ γεννάδα.* gl. b. *ὦ θεῖε* Hesych. *ἠθεῖε· ὦ θεῖε· ὦ θαυμάσιε;* cf. schol. ad Apoll. Rhod. III, 52. — »Vide Heyn. Obss. ad Il. ζ, 317« Heinr. cfr. ad Il. XXII, 229, XXIII, 94.

104. *Ἐννοσίγαιος*] *ἐνοσίγεος* m. *ἐνοσίγιος* I, si recte Matth. — *ἐνοσίγαιος* A F G.

105. *πόλησ*] *πόληας* C G K V Cod. Havn. Etym. M. p. 557, 29 cf. Gud. p. 933. In K mg. *γρ. πόλησ* et gloss. »*κρήδεμνον καὶ τὰ τείχη καὶ τὸ κεφαλοδέσμιον· τὰ τῶν θηβῶν τείχη, οἷον τὰ περιβλήματα.*« Fabr. in exemplo suo adscripsit »Cuperus p. 338 Var. Obs. Non putandum est, Hesiodum velle hos muros Neptuno sacros fuisse, sed quia murorum urbis cuiuscunque fundamenta ille tuetur, vid. Servius ad 2 Aen. v. 610. Nam muri Thebarum Marti sacri, Homer. Il. Δ, v. 407 seqq.« *πόλησ*

veram esse scripturam, nemo negabit, cf. Et. Gud. p. 345, 55, quanquam cur Neptunus potissimum hoc loco commemoratus sit, non satis patet. Nam quod Goettlingius excogitavit ad h. l. » *Ταύρεος Ἐννοσίγαιος* est Neptunus, qui undis Onchesti lacus, taurorum instar mugientibus, Thebarum urbem, cuius in se recepit custodiam, de periculis imminentibus advertit. Ob hanc causam apud nostrum dicitur *Ἔννοσ., ὃς Θήβης* etc. « id vereor ne nimis subtile sit, neque Muellero probetur, ad quem provocat, Orchom. p. 45. Iuppiter et Neptunus, Tarenti tutores, iunguntur similiter ap. Hor. Carmm. I, 28, 29.

106. *κρατερόν τε μέγαν τε*] *κρατερὸν μέγαν τε* I M m.

107. *ἐς χεῖρας*] *εἰς χεῖρας* Goettl., nescio unde. *ἄρουσιν* Trinc. vitiose.

108. *ἀλλ' ἄγε*] *ἀλλά γε* B Ald. Iu. 1. 2. Farr. Frob. Bass. Steph. Co. Heins. Loesn. Heinr. — *ἀλλ' ἄγε* recte iam Trinc. occupavit, deinde recentiores Gaisf. Boisson. Dind. Goettl. cfr. Bauermeister Obsvv. in Hesiod. p. 14 seq. Hanc scripturam libri exhibent paene omnes, A C E F G H I K et reliqui. Quoties haec verba corrupta sint, docent Epkema Act. societ. Trai. IV, 323, Koenius ad Gregor. de Dial. p. 36. Ruhnken. Hy. in Cer. 495 aliique plurimi.

δύσεο] *δύσσεο* B C G K V Ald. Iu. 1. 2. Farr. Steph. Co. Heins. Heinr. Gaist. — *δύσαιο* F. — *δύσσαιο* I m. — *δύσεο* recte A E T duo Florentini Lennepii, Trinc. Boissonad. Lennepii monitu et coll. VV. DD. ad Il. *N*, 241 et Brunck. ad Hes. Opp. 354 — 382, Bauermeister, Dind. Goettl.

109. *ἐμπελάσαντες*] *ἐμπελάσοντες* C. *ἄρεος* I m.

110. *μαρνώμεσθ'*] *μαρνώμεθ'* E F.

οὔ τοι] *οὔ τοι* A B F G K S V Ald. Iu. 1. 2. Farr., quod cum Wolfio probarunt Bentl. et Herm. Opuscc. V, p. 195. *οὔ τι* C I M m Trinc. Steph. Co. Heins.

Gaisf. Boisson. Goettl. Prius verum esse, imprimis sententiarum nexus docet.

ἀτάρβητον] *ἀτάρβυτον* Trinc. *ἀτάρβη τὸν* A. *ἀταρβητὸν* I.

νίὸν] *διὸν* V.

111. *οὐδ' Ἰφικλείδην*] *οὐδ Εἰφικλείδην* ex Parisino libro nescio quo Koehlerus notavit. Voluit, ut videtur, *οὐδὲ Ἰφικλείδην*, brevi syllaba prima. Non male Bentleius *οὐ Ἰφικλείδην*, nec tamen ita, ut recipiendum ducam. In f. »*ἐπεὶ οὐδαμῶς ἐκφοβήσει ὁ Ἄρης σὲ τὸν τοῦ Διὸς υἱόν· οὐδὲ ἐμὲ τὸν Ἰόλαον.«*

δειδίξεται] *δ' εἰδίξεται* B Ald., quod vitium iam correctum in Iu. 1. 2. Trinc., sed in Bas. 1 repetitum est. In gl. b. recte *δειδίξεται* addita interpretatione *ἀντὶ τοῦ προσβλέψεται*. Cogitarunt igitur de voce *δειδίσκομαι*, non de voce *δειδίσσομαι*, quarum illa in Odyssea sola, haec in Iliade reperitur, cfr. scholl. ad Odyss. *γ*, 41 ap. Buttm. p. 84.

οἴω] *ὀΐω* AFGSV Trinc.

112. *φεύξεσθαι*] *φεύξασθαι* CS.

Ἀλκείδαο] *Ἀλκίδαο* A Trinc. *Ἀλκείδῳ* m.

113. *σφι*] *σφιν* A Trinc. De huius voculae notione rectissime iam in f. iudicatur, cf. supr. p. 49 »*οἵτινες, αὐτοὶ οἱ δύο παῖδες, πλησίον εἰσὶ τοῦ Ἄρεος καὶ τοῦ Κύκνου· ἀλλοπροσώπως γὰρ λέγει ὁ Ἰόλαος χάριν αὐτοῦ τε καὶ Ἡρακλέους.«* Non solum enim *σφι* plurali numero intelligendum censet, sed etiam caussam bene docet, cur poeta, qui hucusque de Cycno loquutus erat, iam ad Martem et Cycnum simul converterit orationem. Ab hac ipsa sententia postea Guietus non procul aberat. Verum vidit Buttm. Lexil. I, p. 61 ed. 2; Goettlingium in errorem traxit Voss. ad hymn. in Cer. v. 103. »Qui iam prope ipsos vadunt« iam interpres Basil.

σχέδον εἶσι] Ita plerique libri, ut BC, et editores ab Aldo usque ad Goettlingium omnes, exceptis Trinc. Iu. 2. Farr. Benen., qui *σχεδὸν εἰσὶ* receperunt, et Pasore, qui *σχεδόν εἰσι* correxit.

»εἶσι« ait, »eunt (ut vertunt) ab εἶμι, eo, vado, quamvis hoc in loco commode εἶσι ab εἰμὶ esse possit. Nam εἶμι eo in 3 pl. non format εἶσι, sed in tertia singularis.« Eaque scriptura reperta est (σχεδόν εἶσι) in codd. AIm, et fuit iam ap. schol. f., ut ex supra positis verbis eius apparet.

Alteram scripturam εἶσι iam veteres tentarunt. Huc enim trahendum est schol. a Matthaeio in K inventum, de quo ita refert: »In una pagina in Cod. sequuntur hi versus a v. 105 ad 119. Et versui 114 et seqq. haec adscripta, quae nescio quo pertineant: ἔθει θηβαίῳ λέγει· οἱ γὰρ θηβαῖοι τοῖς πληθυντικοῖς ὀνόμασιν ἀρσενικοῖς καὶ θηλυκοῖς ἐπιφέρουσι ῥήματα ἑνικά.« In hanc eandem opinionem postea Goettlingius incidit. Alii aliter iudicarunt, quorum imprimis cf. Ahrens, *Conjug. auf* μι, p. 15 et 25. Mihi in scriptura εἶσι acquiescendum videtur, quae commodissimam hoc loco habet interpretationem.

λιλαιόμενοι] λιλαιομένοι ap. Ald. Iu. 1. 2. nihil est nisi error typoth.

πολέμοιο] μάχης C. Multis hoc annumerandum est testimoniis, saepe glossas in nostri carminis contextis legi.

114. τά σφιν] τά σφι GK. τάσφειν E.

πολὺ φίλτερα] Haec scriptura ex T, ni fallor, in Trinc., inde in Steph. et reliqua exempla recentiora venit, quae usque ad Goettlingium ab eo non recesserunt, dum antiquiora, ut Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass. Bog. Benen. Farr. φέρτερα exhibent. Sed libri plerique φέρτερα praebent, nominatim AB a pr. m. CDEFGHIKmMPSV; in B. ιλ est in litura scriptum. Diac. habet »πλέον τῆς τροφῆς ἀγαπῶμεν τὸν πόλεμον« et f. similiter »κατὰ πολὺ εὐωχείας ἀγαπητικώτερα ἡμῖν« cf. supr. p. 49; ex qua utraque interpretatione certi nihil sequitur. Mihi necessario redeundum videtur ad scripturam, quam pleraque testimonia confirmant. cf. Hom. Il. I, 169 ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐστι, quoniam multo

melius est et praestantius, et Od. XXII, 154 »ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐστιν τεθνάμεν ἢ ζώοντας ἁμαρτεῖν. — Ceterum aptissime iam a Wolfio comparatur fr. Hes. ap. Lehm. 62, ap. Goettl. 158. *Αἰακίδας πολέμῳ κεχαρηότας ἠΰτε δαιτί.*

115. ὣς φάτο] ὥς φατο Trinc. — μείδησεν] μείδησε A G K S V Trinc. — Ἡρακληείη] Ἡρακλείη I m.

116. θυμῷ] μύθῳ T Trinc. Steph. mg. Haec scripturae diversitas quoties reperiatur, notissimum est, cfr. Boisson. ad h. l. et ad Callim. p. 210. Scholl. ad Apollon. Rhod. II, 1219. Fortassis igitur nihil nisi error est Triclinii; neque tamen procul absum ab hac sententia, esse hanc Triclinii mutationem aliquam, qui sententiarum nexui μύθῳ accommodatius esse, quam θυμῷ, immerito sibi persuasisset. — γητήσας I.

μάλα γάρ νύ οἱ] νν abest a G K S V Trinc. οἱ ab A M m. Illa scriptura mihi probatur.

ἅρμενα] Ita B Ald. Iu. 1. 2. Trinc. Bass. ἄρμενα primus Bog. Steph. Heins. reliqui.

εἶπεν] εἶπε C G S V.

117. προσηύδα] προσηῦδα C.

118. Διοτρεφές] διοτροφές C S.

119. τρηχεῖα] τραχεῖα C G H K L S V. Ald. Iu. 1. 2 Bog. τρηχεῖα Trinc. Steph. Heins. reliqui.

120. ὣς] ὡς B Trinc.

Ἀρείονα κυανοχαίτην] ἀρύονα Trinc. mendose. ἀρίονα B. In f. »οὕτως καὶ νῦν πανταχοῦ ἀνάστρεφε τὸν μέγαν ἵππον τὸν ὠνομασμένον Ἀρίονα« Eustath. ad Il. XXIII, 346, p. 1304, 62 seqq. »Ἰστέον δὲ ὅτι ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων τὸν ὡς εἴρηται ἀρείονα ἵππον διὰ τοῦ ῑ καὶ ō μικροῦ γράφουσιν. ὁμοίως τῷ Ἰξίων, Ἰξίονος —. οἱ μέντοι πλείους καὶ ἀκριβέστεροι, διὰ τῆς εἰ διφθόγγου τὸν τοιοῦτον ἀρείονα τυποῦσι.« cf. Valcken. ad Eurip. Phoenn. p. 659. At memoratu dignum est, in T scriptum esse Goettlingio teste, non Ἀρείονα κυανοχαίτην, sed ἀρείονα Κυανοχαίτην, tanquam nomen equi esset Κυανοχαίτης: quo eodem pertinet notatio in d. »ἀρείονα· τὸ συγκριτικὸν ἔλαβεν

ἀντὶ θετικοῦ (*θηλικοῦ* Trinc., quod Heins. correxit), *καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσιν ἔθος τοιοῦτον τῷ Ἡσιόδῳ.* « unde Tricl. sua sumpsit, ut solet.

De Arione equo saepissime nostra aetate disputatum est, cf. Schellenberg. ad Antimach. fr. 17—20, p. 64 seqq. Buttm. *über die Entstehung der Sternbilder auf der griech. Sphäre*, p. 61 (Commentatt. Acad. Berol. 1827.) O. Müller. Aeschyl. Eumenid. p. 173, 174. Preller, *Demeter und Perseph.* p. 150 seqq. Commemoratio eius apud nostrum poetam simplicissima: quamquam quod *κυανοχαίτης* appellatur, poterat eodem iure ab Arcadibus ad Neptunum patrem trahi, quo Thebaidis versibus usi sunt, in quibus praeter idem cognomentum nihil testimonii inest, cf. Pausan. Arcad. c. 25, 5. C. G. Müller, de cycl. Gr. ep., p. 72 seq. Leutschius meus Thebaid. Cyclic. Reliqq. p. 64 seqq. Quam ab caussam iam Pausanias, non aliter atque Schellenbergius, p. 65 nostra aetate, Arcadibus adversatur, » *δύναιτο δὲ καὶ ἀναφύντι ἐκ γῆς τῷ ἵππῳ ἐκ θεοῦ τε εἶναι τὸ γένος, καὶ αἱ τρίχες οἱ τὴν χροιὰν ἐοικέναι κυανῷ.* « Aperta autem mihi videtur ex hoc loco cognatio quaedam inter Thebaida cyclicam et nostrum carmen, quae et in verbis est et in rebus narratis posita.

121. *πάντῃ*] *πάντη* C V Ald. Trinc. — *ἀναστρωφᾶν*] *ἀναστροφᾶν* A B Trinc. — *ὥς κε*] *ὥς κεν* I m. *ὥς γε* G S V. Vulgata scriptura verissima est, cf. *ἀλλ' ἄγεθ' ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες*, Il. XIII, 75 et alibi.

122 — 140. Accedimus ad celeberrimam carminis partem, qua, quibus potissimum armis Hercules cum Cycno depugnaturus sese instruxerit, enarratur. Initium, ut ubique apud Homerum, cf. Heyn. ad Il. III, 330, fit ab ocreis. Atque in reliqua quoque parte tam similia pleraque Homero, ut iidem versus sine mutatione repetantur, cf. Scut. 124 cum Il. III, 332; XI, 25; XVI, 133; XIX, 371 et Scut. 136 cum Il. III, 336; XIX, 134;

alibi. Magna vero etiam diversitas est et singulis in rebus, quae describuntur et in ordine, quo sese excipiunt. Ita pharetra qua ratione ab heroibus induta sit, nusquam apud Homerum legitur; apud nostrum vs. 130 sq. Ordo vero ut commutaretur, effecit Scuti descriptio, quae quoniam longissima erat, in fine ponenda erat. Neque tamen negligendum est, in Zenodotea recensione Il. III, 334 seqq. rationem Homericam Hesiodeae simillimam fuisse, cf. scholl. Venn. ad III, 334. XI, 32. XV, 480. Heyn. T. IV, p. 519. Plerique grammatici affirmabant, prius esse scutum manibus captum, quam galea capiti imposita fuerit, ut Il. V, 738. — Ceterum huc trahendum est, quod primus, quantum scio Bröndstadius Danus observavit in libello praeclaro »*Die Bronzen von Siris. Eine archaeologische Untersuchung, von Peter Oluf Bröndsted, Kopenhag.* 1837« p. 23. Ait enim: »*Dieser grosse den Leib bis zu den Hüften bedeckende Panzer giebt den Hauptunterschied zwischen der vollen, schwereren, und der leichteren Bewaffnung ab. Denn zum blossen Streifzug oder Hinterhalte, zum Reisen, zu jedwedem anderen Gange, wo man auch möglich auf Feinde stossen konnte, der aber nicht darauf berechnet war, Stand zu halten und ein ordentliches Gefecht zu liefern, wird, im Homer, der Panzer gar nicht angelegt*« eamque rem multis exemplis ex Homero petitis comprobavit, Il. X, 21, 29, 131, 206. Od. I, 255 — 256. XXII, 110. Ex nostro carmine elucet, verissimam ab illo sententiam propositam esse.

122. *κνημῖδας*] *κνημίδας* A C I Rm S Ald. Iu. 1. 2. *κνημῖδας* Trinc. Bog. Steph. reliqui. — *ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ*] *ὀρειχ. φαείνου* (sic) Cram. Anecdd. I, p. 417, 13. — Ab Hemsterhusio laudatur Ioann. Philopon. ad *Ὑστ. Ἀν.* II, p. 209.

123. *κνήμῃσιν*] *κνημίσσιν* C. *περικνήμῃσιν* S. *ἔθηκεν*] Ita E T c. Wolf. *ἔθηκε* reliqui.

124. *δεύτερον*] *δεύτερ'* G. — *θώρηκα*] *θώρικα* I. — *στήθεσσιν*] *στήθεσσι* V.

125. *πολυδαίδαλον*] *δαίδαλον* N. *πολυδαιδάλεον* ALSV. — *ὅν ῥ' οἱ*] *ὅν ῥά οἱ* LmV. *ῥάοι* IM. *ὅν οἱ* (*ῥ'* omiss.) CNT duo Florentini ap. Lennep., Trinc. »Recte omittitur. v. Herm. Orph. p. 780« Heinr. in mg. eamque scripturam recte iam receperunt Gaisf., deinde, Lennepio auctore, Boissonad. Dind. et Goettl.

126. *ἔμελλεν*] Ita mT.

127. *τοπρῶτον*] Ita recte iam Ald. Iu. 1. 2. Trinc. ut S. — *στονόεντας*] *στενόεντας* C Trinc. Iu. 2. Benen. — *ἐφορμήσασθαι*] *ἐφορμήσεσθαι* BIMm; quae scriptura memoratu digna nec tamen recipienda est: videtur correctio esse ex Phrynichi, Moschopuli, Thomae similiumque grammaticorum opinione orta.

128. *ἀρῆς*] *ἄρης* Trinc. *ἀλκτῆρα*] *ἀρκτῆρα* m. »Winckelmann. Histor. Art. Opp. III, 262« Heinr. in mg.

129. *φαρέτρην*] *φαρέτραν* B. I, *η* superscr. — *στήθεσι* Im. — *δε* in A al. m.

130. *καββάλετ'*] *καμβάλλετ'* B, postrema syllaba, in litura posita; a pr. m. *καμβάλατ'*, ut visum est Koehlero; *μ* pro *β* ex scribendi consuetudine Graecorum infimae aetatis, cfr. Heyn. ad Il. XXIII, 685. — *κάββαλεν ἐξό.* EGN. *κάββαλ' ἐξο.* OV. *κάββαλε τ'* Fm, ut Thiersch. notavit, quod Bog. unus in textum recepit. *κάββαλατ'* D Ald. Iu. 1. Bas. 1. *κάβαλλατ'* Iu. 2. *καββάλλετ'* Benenat. Horum paene nihil dignum est, quod memoretur, praeter formas activas, quae apud Homerum solae reperiuntur. Diaconus locum ita interpretatur »*καὶ τοξοθήκην ἐκρέμασεν εἰς τὰ στήθη αὐτοῦ· ἣν καὶ ἐς τὸ ὄπισθεν μέρος περιέτρεψε.*« Bas. 2. »cavam autem circa pectora pharetram, Reiecitque in tergum.« Fortasse igitur recte Bog.; ita si sumimus, accusativus pendet a praecedente *θήκατο*, quod non ineptum puto.

Corruptionum origo, hanc viam si ingredimur, sine difficultate ostenditur.

ἐξόπιθεν] ἐξόπισθεν **AFGIMmNSV.**

πολλοὶ δ'] πολλὸν δ' **D Ald. Iu. 1. 2.**

δ' ἔντοσθεν] δέ τοι ἔσσαν **T Trinc. Steph. mg.** Cuius scripturae quum in reliquis libris nullum vestigium exstet, videtur ea Triclinio ipsi deberi; Diaconus enim nihil habet, nisi »εἶχον γὰρ τὰ βέλη ἔμπροσθεν μὲν θάνατον.« quem Triclinius accurate sequi solet.

131. ῥιγηλοί] ῥηγηλοί **m.** ῥιγηλός· ὁ ταχέως ῥιγῶν **K.** ῥιγαλοὶ **S.**

λαθιφθόγγοιο] Ita **Trinc. Iu. 2.** λαθηφθόγγοιο **BCGKSV,** sch. Cant. **Ald. Iu. 1.** Haec corruptela in his vocibus frequentissima est, ut in voce λαθικηδής (ap. Hom. Il. XXII, 82 et Alcaeum, fr. 33, 3 Schneidew.) ap. Hesych. λαθηκηδέα scriptum est.

132. εἶχον] εἶλον **B.** — μῦρον] μύρον **BI.**

133. ξεστοί] ξενστοί **B a pr. m.**; voluit fortasse ξυστοί. — Fuit, quum de adverbio reponendo cogitarem μέσσον, ut ap. Hom. Il. XII, 167 μέσον αἰόλοι de vespis.

134. μορφνοῖο] Differunt in accentu vocis ponendo libri; plerique μορφνοῖο scripserunt, quod etiam ex corruptionibus patet μορφνοῖς **GV** et μορνοῖο **m.** Hos sequutus est Symeo in Etym. M. 793, 57, ubi nostrum locum laudavit. Sed **K** habet μορφνοῖο· γρ. μόρφνοιο, additis his scholiis: »μόρφνος γὰρ βαρύνεται κατὰ ἐτυμολογικὸν εἶδος« et »μορφνοῖο φλεγύαο τουτέστι μέλανος ἀετοῦ. φλεγύας γάρ ἐστιν ἀετὸς ἀπὸ τοῦ φλέγειν καὶ λαμπρὸς εἶναι« et »μόρφνὸς (sic) [ὄνομα] ἀετοῦ ἀπὸ τοῦ μάρπτω, τὸ καταλαμβάνω· καὶ γίνεται μάρπνος καὶ τροπῇ τοῦ [ᾰ] εἰς ᾰ καὶ τοῦ π εἰς φ μόρφνος, ὁ καταλαμβάνων ἢ παρὰ τὴν ὄρφνην πλεονασμῷ, ἵνα σημαίνηται ὁ μέλας« cf. Etym. M. p. 591, 15 seqq. quibuscum conferenda sunt, quae Apollon. habet 113, 28 Bekk. »μορφνόν· μορόφονον τὸν διὰ τοῦ φόνου τὸν μόρον ἐπιφέ-

ρονται· τινὲς δὲ εἶδος ἀετοῦ, ἄλλοι ἅρπαγα.« coll. c. schol. Ven. ad Il. XXIV, 316. In scholiis Diaconeis ap. Trinc. μόρφνος scribitur; in Bachm. Anecd. II, p. 245 μορφνὸν δὲ ἀετόν. Μόρφνοιο recepit Goettling. ex Arcad. p. 62, 8., recipiendumque esse docuit Passov. in Lex. s. v. μόρφνος.

φλεγύαο] φλεγοίαο B. πτερύγεσσιν] πτερύγεσιν Im. 135. Hoc in versu libri varias praebent corruptelas. ὅδ' S. ὄμβριμον, non ὄβριμον est in BCL, quod lectore non monito Goettlingius recepit, ex lege Hermanni, ut puto, de emend. rat. Gr. gramm. I, 20, quam Boeckh. ad Pind. Ol. IV, 8 sequutus erat, sed minus recte, cf. Muetzell. de emend. Theog. p. 69. Deinde ἀκάχμιον scribitur FIMm, sed in F et M ἀκαχμένον in mg. positum, cf. supra p. 50. Denique in fine versus legitur aut εἴλετο χαλκῷ, M Trinc. ex T ut credendum, et mg. GK aut εἵλετο θυμῷ FHIKmV aut αἴθοπι χαλκῷ ABCDGLO (a pr. m.) S. Ald. Iu. 1. 2. (αἴθωπι A. χάλπῳ L.) Haec diversitas movit Hermannum, ut versum corrigendum putaret. Scripsit igitur in Ephem. litt. Lips. l. l. p. 94 »εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον αἴθοπι χαλκῷ« more Homerico, et sagacissimae coniecturae suae veritatem persuasit Goettlingio, a quo est in textu reposita. Ac profecto quamquam Goettlingius immerito vulgarem scripturam accusat, qua nihil posse languidius fingi atque ineptius ait; — εἶναι enim similiter ab initio positum, ut de Hesiodeis taceam, Homericis exemplis defenditur, cf. Il. V, 639. Od. XXIII, 316; et ὁ δὲ post longam parenthesin collocatum tantum abest, ut ineptum sit, ut paene necessarium videatur —, tamen concedendum est, ἦσαν facile potuisse a scholiastis constructionis caussa addi, et vocem aliquam de sede sua depellere; cf. supr. ad vs. 130. Neque tamen equidem in Hermanni coniectura acquiescendum putaverim. Nam primum obstat, quod αἴθοπι χαλκῷ dictum est. In Homericis enim locis, ubicunque ἀκαχμένος χαλκῷ iunguntur, semper

epitheton ὀξέϊ additum est Il. X, 135. XIV, 12. XV, 482. Od. I, 99. XV, 531. XX, 127, non αἴθοπι, quo illud longe aptius atque significantius est. Contra αἴθοπι χαλκῷ tam saepe reperitur apud Homerum, ut scribarum memoriae facile inhaerere potuerit, sed cum voce κεκορυθμένος iunctum est, vel εἰλυμένος et de late splendente thorace et galea intelligitur, quibus indutus aliquis incedit, cf. Il. IV, 495. V, 562, 681 et alibi. Deinde vero vox θυμῷ addita satis ostendit, in fine versus plura peccata a librariis commissa esse, quam unum illud, quod Hermannus sanavit. Aut igitur vetus scriptura retinenda est, quam in nostro poeta ferre possumus, (eamque interpres f. habuisse videtur cf. supr. p. 50 »ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἔλαβε κοντάριον ἀκαχμένον καὶ ὠξυμμένον ἐν ξιφαρίῳ χαλκῷ«) aut initio versus χερσὶν δ' legendum est »χερσὶν δ' ὄβριμον ἔγχος ἀκαχμένον εἵλετο χαλκῷ,« quod et commodam praebet sententiam et Diacono firmatur interpretante: »ἔλαβε δὲ καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ κοντάριον μετὰ ξίφους.«

156. κρατὶ δ'] κρατί τ' Schrev. ἐπ'] ἔπ' Goettl. — ἰφθίμῳ] ἐπιφθίμῳ IS. — εὔτυκτον] ἔϋκτικτον V. ἔϋτυκτον Robins. Loesn. Heinr. Heyn. ad Hom. Il. XIX, 164. VII, 12. Vid. Muetzell. de emend. Theog. 68. »εὐτ' Il. XV, 480. Od. XXII, 125. Wolf. Praef. nov. p. LXXI.« Heinr. in mg. cf. supr. 26. — κυνέαν S.

ἔθηκεν] Ita Tm.

157. δαιδαλέην] δαιδαλίην Im.

ἀδάμαντος] ἀδάμαντον GKOSV, sed in K. γρ. ἀδάμαντος; cf. ἐλέφαντος Od. XX, 7 Apollon. Rhod. II, 231. A scholiastis explicatur variis modis; recte antiquiora scholia »ἐξ ἀδάμαντος κατασκευασμένην;« Diac. iungit cum praecedente vocabulo »περικεφαλαίαν ποικίλην ἀδάμαντι σιδήρῳ;« f. »κατεσκ. ἀπὸ χαλκοῦ ὠνομασμένον ἀδάμαντος.« cf. Hemsterh. ad Theog. v. 146 ap. Gaisf. Poet. min. III, p. 541 seq.

158. εἴρυτο] ἔρρυτο A, ut Soph. Oed. Tyr.

1552; ἤρυτο CGKT Trinc. sed in K. γρ. εἴρυτο et ἐρύομαι· τὸ φυλάττω; ἤρυτο V. cf. Hes. Theog. 304. Buttm. Gr. max. II, p. 136.

κάρη] κάρην IMm N, fortasse ad hiatum tollendum, cf. Theog. 1024. Buttm. I, p. 406. »κάρην'?« Thiersch., nescio, unde.

Ἡρακλῆος θείοιο] cf. Lehrs quaest. epp. p. 312.

139. Quae sequuntur in pluribus libris, ut BD Ald. Iu. 1. a praecedentibus seiunguntur, plerumque novo hoc titulo »Ἀρχὴ τῆς Ἀσπίδος.« P »Ἀρχὴ τοῦ ἐπιγράμματος τῆς Ἀσπίδος.«

χερσί γε μὲν] Ita recte editores recentiores ad unum omnes, pendentes illi ex libro Aldino; in MSS. autem plura vitia apparent. χερσὶ γέ μεν A. χερσί γε μὴν E L N Trinc. χερσὶ δὲ μὴν Im F. χερσὶ δὲ μὲν M. χερσὶ μὲν C D G, unde fuerunt, qui χερσὶν μὲν scribendum esse putarent, ut Brunck.

140. ἔθλασε] ἔτλασε Trinc. ἔθασε m. cf. Hom. Il. V, 307. θλάσσε δέ οἱ κοτύλην, πρὸς δ' ἄμφω ῥῆξε τένοντε Soph. Antig. 475 sqq. καὶ τὸν ἐγκρατέστατον σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰςίδοις. Ceterum inutilis coniectura Voss. *Randgl.* p. 80 »οὔτ' ἂν ῥῆξε.« — ἰδέσθαι] εἰδέσθαι D. In S 140—143 in margine scripti lig. rubro.

141. πᾶν μὲν γὰρ] πᾶν μὲν, γὰρ om., m.

λευκῷ] λευκῇ Im, tamquam ad vocem τίτανος pertineret, et τε removendum esset, ut interpres Bas. »gypso albo, et ebore.« Sed λευκὸν ἐλέφαντα v. ap. Pind. Ne. VII, 114; cf. Hom. Il. V, 583. Od. XVIII, 196.

Ab hoc versu usque ad vs. 317 omnes a recentiori poeta additos esse, sumit Goettlingius, ante quem Thierschius de Hes. p. 27 iam similiter iudicaverat, eiectis etiam vss. 139, 140, 318 et 319. Sed Goettlingii sententiam refutavit Herm. Opuscc. VI, p. 196. Repetitio vocum θαῦμα ἰδέσθαι 140 et θαῦμα ἰδεῖν 318 initio et fine carminis hanc habet caussam, quod tota descriptio Scuti ab iis

pendet; voluit enim poeta nihil nisi formam scuti visu mirabilem accuratius describere. Hinc easdem voces vel saepius inculcavit, ut 224.

142. *ὑπολαμπὲς*] *ὑπελαμπὲς* G. *ὑπὲ λαμπὲς* O a pr. m. *ὑπερλαμπὲς* C L S. *ὑπεκλαμπὲς* V. Haec vox neque in Homero reperitur, neque apud alios scriptores frequens est. Minus recte iam veteres scholiastae ita loquuntur, ut *ὑπολαμπὲς ἔην* et *λαμπόμενον*, quae repetitio vs. 71 et 72 in memoriam revocat, nullo discrimine dici, credidisse videantur. Sed aurum quum in tota descriptione saepissime commemoretur, *τίτανος* contra, *ἤλεκτρος* et *ἐλέφας* numquam, poeta iam h. l. significavit, auri splendorem prae reliquis omnibus eximium fuisse.

143. *κυάνου*] *κυανοῦ* B Trinc. Steph. mg. — *δὲ* abest a CS. — *διὰ πτύχες*] Ita recentiores omnes recte; in libris MSS. et ab antiquioribus editoribus scribitur *διαπτύχες* A Trinc. Iu. 2. *διάπτυχες* Steph. *διαπτύχεες* D G K S V Ald. Iu. 1. Bas. 1 (in G. add. interpret. *διπλώματα*). *διαπτύχεας* B. *διαπτύχας* C. Nihil bonae frugis ex his corruptelis exsculpi potest. » Versum haud dubie spurium dicit Heyn. Obsvv. ad Iliad. XVIII, 481 propter usum voc. *πτύχες* non Homericum « Heinr. in mg. — Hoc enim Hesiodeo in loco ait, *πτύχας* de fasciis seu zonis, in quas superficies clipei divisa fuerit non posse non intelligi, quia de summa agatur superficie: apud Homerum vero esse laminas alteram alteri superimpositas. Quod ut concedas, tamen nihil inde sequitur, nisi recentiorem esse Homero poetam et paullo aliter, quam illum, voce usum esse. Deesse versus non potest, cuius veram interpretationem petas ab O. Müllero *Archaeol. Vindication des Hes. Herakles-Schildes*, *Zimm. Z. f. Alterth.*, a. 1834, p. 882. Aliter Welckerus, *Z. f. alte Kunst*, p. 555 seqq.

144. *ἐν μέσσῳ*] *ἐν μέσῳ* B G I K S V.

δὲ δράκοντος] haec est nostrorum librorum scriptura; patet tamen ex scholiis, exstitisse aliam *δ' ἀδάμαντος*, cf. Herm. Opuscc. I. 1. p. 197., quae

una in antiquis scholiis explicatur: »*σωματοποιεῖ τὸν φόβον ἐνταῦθα, ὡς ἂν ἐν τῷ μέσῳ ἐξ ἀδάμαντος ἦν, οὐδαμῶς δυναμένου ῥηχθῆναι*« quibus verbis in Mon. sch. additur *γρ. ἐν μέσσῳ δ' ἀδάμαντος.* cf. supr. p. 30. Me iudice, *ἀδάμαντος* praeferendum est et in contexta recipiendum. Nam primum nexus sententiarum fere postulat, ut materia commemoretur, unde prima imago constiterit. Ac totum scutum si ubique et gypso et ebore et electro et auro splendebat, praeclare convenit, quod mediam partem ait alio fuisse colore praeditam aliaque ex materia eaque firmissima factam. Deinde vero propter ea, quae sequuntur, de dracone vix cogitari potest. Paullo post enim, 161 — 167 invenimus serpentum imaginem accurate descriptam, ut imaginem tam similem antea potuisse fingi vix verisimile videatur. Tum vero de serpentibus apte dici non possunt, quae de dentibus et fronte, 146, 147 enarrantur, cfr. O. Müller. l. l. p. 884. Denique si serpentis caput medio in Scuto positum fuisset, nulla ratione intelligeretur, quid sibi vellet poeta in vss. 154, ubi *Προΐωξιν, Παλίωξιν, Ὁμαδον* et similia commemorat, cum serpente iuncta. Accedit testimonium scholiastae antiquioris, quam nostri libri et scholiastae; accedunt postremo exempla simillima duo, Hom. Il. V, 738:

ἀμφὶ δ' ἄρ' ὦμοισι βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν
δεινήν, ἣν περὶ μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται·
ἐν δ' Ἔρις, ἐν δ' Ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα Ἰωκή,
ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλή, δεινοῖο πελώρου,
δείνη τε σμερδνή τε, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.

quo in loco primas nostri lineas conspici, apertissimum est; et Paus. V, 19, ubi de arca Cypseli dicitur: »*φόβος δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος τῇ ἀσπίδι ἔπεστιν, ἔχων τὴν κεφαλὴν λέοντος. ἐπιγράμματα δὲ — τοῦ Ἀγαμέμνονος δὲ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι·*

Οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν· ὁ δ' ἔχων Ἀγαμέμνων.«

quibuscum comparari potest Scut. 237. Postremo

quum ex plurimis exemplis pateat, glossis in textum receptis maxime nostrum libellum corruptum esse: sine ulla audacia sumi poterit, idem vitium hoc quoque loco admissum esse; quamquam iam Diac. »ἐν τῷ μέσῳ δὲ τῆς ἀσπίδος ἦν ἐζωγραφισμένος δράκων.« in suo libro δὲ δράκοντος invenit. Praeterea cf. Levezow, *Gorgonenideal*, p. 45 seq. Draco vero in medio Scuto positus per se non ineptus est; immo tam aptus, ut ideo potissimum mihi in textum videatur illatus esse, cf. Bröndsted, *die Bronzen von Siris* p. 21. Add. sch. ad Od. XII, 91.

φατειός] φατεινός L. cf. Soph. Phil. 746: »δεινὸν γὰρ, οὐδὲ ῥητόν« Ruhnk. Epist. crit. p. 107.

145. ἔμπαλιν] ἔμπαλι δ' GV. ἔμπαλιν δ' COS, forma ἔμπαλι minus antiqua. — cf. Il. III, 427 ὅσσε πάλιν κλίνασα, XXI, 415 πάλιν τρέπεν ὅσσε φαεινώ, ib. v. 468; XIII, 5., de quibus Heyn. T. VI, p. 366. Bene et accommodate schol. Ven. ad Il. XIII, 5, »τὴν ἀπὸ τοῦ εὐθέος μεταστροφὴν δηλοῖ;« melius illud quam »εἰς τοὐπίσω«, ut Diac. h. l. et Apollon. Lex. s. v.

ὅσσοισιν] ὅσσοισι BCEFGIKm; idemque voluit Trinc., ubi ὅσσι σοι vitiose exhibetur.

146. τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν] idem versus initium ap. Hom. Il. XIX, 365 et infr. 164. Praeterea cf. Od. XII, 91 de Scylla: »σμερδαλέη κεφαλή, ἐν δὲ τρίστοιχοι ὀδόντες πυκνοὶ καὶ θαμέες, πλεῖοι μέλανος θανάτοιο.«

πλῆτο] πλᾶτο B (super literam η vocis πλῆτο scriptum est α) DK (sed in mg. γρ. πλῆτο) Ald. Iu. 1. cf. Ruhnken. in hymn. in Cer. 85.

λευκὰ θεόντων] θεώντων G. gl. φαινομένων. θεεόντων m. λευγαλεόντων vel λευγαλοέντων coni. Guietus, a Graevio et Heinrichio refutatus. Nostra aetate praeclare hac scriptura usus Aug. Meinekius in Theocr. XXV, 158 χλωρὰ θεούσῃ reponendum esse vidit.

147. δεινῶν] δεινον G.

ἀπλήτων] *ἀπλάτων* coni. Voss. *Randgl.* p. 80, sed immerito, cf. Muetzell. de emend. Theog. p. 56.

βλοσυροῖο] *βλοσσυροῖο* FGmS. In K alterum *σ* deletum et gl. adscript. *καταπληκτικοῦ*. *βλωσσυροῖο* C. In mg. Par. A. »*βλοσυρός*, rigidus, gravis, teter, terribilis.«

μετώπου] Duplex est h. l. scriptura, *μετώπου*, E (*μετόπου*) GIKNSV et inter versus ABF. *προσώπου* Diac. ABCFM (*τ* supra posito) T Trinc. Reliqui editores ab Aldo usque ad Goettlingium omnes *μετώπου*, ac recte quidem; *μέτωπον* enim ab Hom. de equo, Il. XXIII, 454 et de galea Il. 16, 70, a Pind. de terra dicitur Py. I, 58; *πρόσωπον* autem apud Hom. et reliquos scriptores de solo homine dici solet. — Originem scripturae fortasse monstrat Hom. Il. VIII, 212 *μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι*. Sed postquam draco locum suum occupaverat, *μέτωπον* minus aptum videri poterat.

148. *δεινὴ Ἔρις*] *δεινὴ ἔρις* Goettl. propter vs. 156, (de quo postea) et quia deam sibi cogitare non potuisset poeta, volantem in fronte Terroris. Eodem pertinet Aristotelis sententia ap. schol. ad Il. V, 741 »*φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ὅτι· μήποτε ἐν τῇ ἀσπίδι οὐκ αὐτὴν εἶχε τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος, ὥσπερ οὐδὲ τὴν Ἔριδα οὐδὲ τὴν κρυόεσσαν Ἰωκήν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς Γοργόνος γιγνόμενον τοῖς ἐνορῶσι καταπληκτικόν*« ac similiter iudicavit O. Müller. l. l. p. 334. Sed haec est interpretatio rei a poeta significatae; atque Müllerum puto maiorem litteram initialem servaturum fuisse; nominavit enim Hesiodus haud dubie Deam, qualis est Discordia ap. Stat. Theb. II, 287; *κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν*, nisi de dea sermo est, non intelligitur. Ita vero est dea, quae solet homines in pugnas compellere; non enim quod facit, sed quod facere solet, indicatur. Quint. Calab. V, 31 h. l. imitatus esse videtur.

πεπότητο] *πεπότατο* G (*η* superscr.) OSV. Quae forma quum ap. Hom. insolita sit, non procul absum ab hac coniectura: *δεινὴ Ἔρις ἐποτᾶτο*. Ultimae enim

syllabae productio in voce *Ἔρις* Homerico usu defenditur, cf. Spitzn. de vs. Her. p. 51. — *κορύσσα* S.

149. *σχετλίη*] *σχετλία* GKOSV.

καὶ ἐκ φρένας εἵλετο φωτῶν] Plurima sunt in libris peccata, quae tamen facili opera corriguntur. *ἐκ* omiss. FGIKMmOSV. *φράνας* C. *εἵλετο* B. *εἵλε* FIM. *αἴνυτο* T mg. L. Trinc., quod receperunt Dind. Goettl. *βροτῶν* FIM. *βρωτῶν* H. Quae quum pleraque librariorum oscitantiae debeantur, id unum quaerendum est, utrum *αἴνυτο*, an *εἵλετο* scribendum sit. Sed licet etiam *εἵλετο* scholiis deberi putaverit Goettlingius, collatis locis Homericis Il. IV, 531. V, 155., tamen equidem, quia usus vocis *ἐξείλετο* innumeris potest simillimisque locis Homericis defendi, ut Il. XVIII, 311, *νήπιοι, ἐκ γάρ σφεων φρένας εἵλετο Παλλὰς Ἀθήνη*; XVII, 570; I, 577; XIX, 137; IX, 234., retinendam puto plurimorum librorum scripturam *εἵλετο*; quam eandem Wolfius praetulit.

150. *νῖϊ*] *νἱὶ* Trinc. Bog. Goettl. *νἱὶ* m.

151. *δύνουσ'*] *δίουσ'* L. *δίμεναι* (ut in Il. VI, 411 *χθόνα δύμεναι*) FHIM. *δύνουσιν* CGSV Trinc. Iu. 2. *δύνουσ'* in A supra rasuram. — Ceterum *χθόνα δύμεναι* et *Ἄϊδος εἴσω* nusquam iunctim ap. Hom. repperi. —

152. *σφι*] *σφιν* K (sed *ν* ab alio additum) Ald. Iu. 1. 2.

περὶ ῥινοῖο σαπείσης] *περ ῥινοῖο* FIM. *περὶ ῥῥινοῖο* AE. *πυρὶ ῥινοῖο* C. *σήπεσθαι* et *κατασήπεσθαι* ap. Hom., *περισήπεσθαι* numquam. Neque id vulgare, quod *ῥινός* de mortuo dicitur et quod feminino genere usurpatur; cf. Lehrs. quaest. epicc. p. 320. Sed quod homo ab anima et ossibus discernitur, ex Homeri usu est, cf. Od. XIV, 133 sqq. XI, 219 alibi.

153. *Σειρίου*] *Σειροίου* CV. *Σειρὸς ὑπ'* Guietus coni., Suida auctore, qui ait: »*Σείρ, σειρός· ὁ ἥλιος· οἱ δὲ καὶ Σείριος*«, praeter necessitatem, quia genitivus h. l., quamquam praepositione non addita,

bene explicari potest. Diac. »ἕνεκεν τοῦ ἡλίου τοῦ ξηραντικοῦ« cf. Wolf. ad h. l.

ἀζαλέοιο] ἀξαλέοιο I. ἀβαλέοιο Wintert. De sole usurpatur Apollon. Rhod. IV, 679.

κελαινῇ — αἴῃ] κελαινὴ — αἴῃ K. κελαίνῃ — αἴῃ C. καλαινὴ — αἴῃ Ald. καλαινῇ Iu. 2 Bog. μελαίνῃ — αἴῃ AFHIMmN. μελαίνῃ — αἴῃ Trinc. μελένῃ — αἴῃ E. κελαινῶν S. Recentiores omnes, ut Wolfius, recte; μέλαινα γαῖα ap. Hom. Il. II, 699. XV, 715. XVII, 416, sed h. l. facile e scholio nasci potuit. Ceterum nigrae terrae bene alba ossa opponuntur.

154. Quae sequuntur, Wolfius praecedentibus adiunxit, ut unam omnia imaginem efficere viderentur; quod quamquam non est ab Diacono factum, »ἐν τούτοις, φησὶν, ἦν καὶ προδίωξις cett.,« nec inter recentiores ab Wintertono, tamen pro verissimo habendum, cf. Müller. l. l. Discordia commemorata, poeta transitum sibi ad reliquas belli deas quasdam nominandas viam munierat, exemplum Homeri sequutus, Il. V, 740, ut supra vidimus. Sed idem W. προΐωξις, non Προΐωξις scripsit et in reliquis ubique non nomina dearum propria, sed substantiva haec esse voluit, contra et meam et Diaconi sententiam, qui semper »ὥς τινες θεαὶ ἐζωγραφημέναι« »προσωποποιεῖ τὰ πράγματα« et similia adiecit. Equidem Homeri exemplum, in simili caussa Ἰωκὴν similiter usurpantis, loco testimonii esse puto, cui obsequor.

προΐωξις] προίωξις m. Nusquam apud Homerum. παλίωξις Il. XII, 71. XV, 69, sed in posteriore loco a Ven. schol. adnotatum est: ἡ διπλῆ σὺν ἀστερίσκῳ, ὅτι οὐχ Ὁμηρικῶς ἡ παλίωξις, cf. ib. v. 601. ἡ ἐξ ἐπιστροφῆς δίωξις K.

τέτυκτο] τετύκτο B. τέτυκται GK (γρ. τέτυκτο) S V. τέτυκτο, αι superscr. C. τ' ἐτέτυκτο Heyn. T. VI, p. 288, ubi tamen simul προΐξωσις pro προΐωξις scribitur.

155. ἐν δ'] ἔνθ' A. Eadem scripturae diversitas Il. XVIII, 541.

In fine versus mire omnia turbata in libris reperiuntur; sed una prae ceteris quaestio necessaria, utrum *φόνος τ'*, an *φόβος τ'* scribendum sit. *φόνος* ap. Diac., testem in hoc carmine antiquissimum, apud quem haec est interpretatio: *ἦν δὲ ἐν τῇ ἀσπίδι καὶ θόρυβος καὶ φόνος, καὶ ἐδεδήει καὶ ἐμάχετο (ἀπὸ τοῦ δαίω· τὸ κόπτω) ἡ ἀνδροκτασία, ἤγουν ὁ τῶν ἀνδρῶν φόνος.* Hunc igitur non offendit, quod *φόνος* et *ἀνδροκτασία* simul commemorantur: immo brevi ante *ὅμαδος* et *κύδοιμος* una eademque voce (*θόρυβος*) patienter interpretatus est. Nonnulli libri cum Diacono conveniunt, BCGLOTV, sed pauci sine corruptela; scriptum enim *φόνος τ' ἀνδρῶν ἀνδρ.* in CGLOSV. Teste Koehlero etiam in A, ubi nunc est *φόβος τ' ἀνδροκτασίῃ τε*, olim *φόνος* scriptum fuit, quum *φόβος* in litura sit. Atque quamquam Matthaei nihil dixit, non dubito tamen affirmare, etiam in K *φόνος* legi. In reliquis *φόβος* legitur, ut Ald. Iu. 1. 2. Bass. Bog. Steph. Com. Heins. reliqui. Alterum, *φόνος*, Hermannus praeferendum esse ait et alias ob caussas, et propter Homeri versum, Od. XI, 611, *ὑσμῖναί τε μάχαι τ' ἀνδροκτασίαι τε*, Opuscc. I. I. p. 197. Debebat Vir summus praeterea ad Hesiod. Theog. v. 228 provocare, ubi poeta Homerum imitatus, prorsus ut h. l. de Numinibus sermonem instituit: »*ὑσμίνας τε φόνους τε μάχας τ' ἀνδροκτασίας τε*«, de quo cf. Muetz. de emend. Theog. p. 49. Manum imitatoris ibi ex transpositione agnoscas, qua quae apud Hom. optime cohaerent *ὑσμῖναι* et *μάχαι*, *φόνοι* et *ἀνδροκτασίαι* seiunguntur. Conferas autem praeterea Il. XI, 164 seq. *Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ·* qui cum altero illo versu Homerico a Gellio laudantur (N. A. XIII, 24, 16). Ita scripturam *φόνος*, cui Müllerus quoque favet, l. l. 884, ut Diaconi auctoritate et Homeri exemplo defensam recipiendam duco, quamquam in plerisque libris ita

repertam, ut de glossa in textum illata cogitare paene cogaris.

Praeterea ex libris haec notantur, φ. τε pro φ. τ' CGFIKS. ἀνδροχτασίης GOKV idemque in A fuisse Koehlero visum est, quia η supra lituram scriptum est et post η spatium est longum, ut videatur duarum litterarum locum occupasse. ἀνδροχτασιάων C, reliquis vocibus omissis. Denique τε δεδήει AFGIKOSTV Ald. Iu. 1. 2. Trinc. τε δεδῄει BG Bog. Steph. Com. Heins. Heinr. (qui in exemplo suo correxit). τ' ἐδεδῄει, (Diac. ἐδεδήει) Graev. Lectt. Hesiod., Guiet. Schrev.

156 — 159. Qui sequuntur versus quatuor, una voce immutata, apud Homerum leguntur, Il. XVIII, 535 — 538 et diversa VV. doctorum iudicia experti sunt. Unus eorum, Heynius, haud procul abest ab iis versibus ex Homero relegandis; multo enim similiores eos venae Hesiodeae esse ait, quam Homericae; extremos versus nihil continere nisi meram repetitionem. At idem Heynius non negat, hos versus celeberrimos fuisse ac saepissime laudari, Homeri nomine interdum addito, Hesiodi numquam. Ita in Heracl. Allegor. c. 48 tamquam Homerici proferuntur. Eosdem Plutarchus, adv. Colot. p. 1152 allegoriae caussa et Quaest. Plat. T. II. p. 1010, propter copulam omissam citavit. Adde Philostrat. p. 878, Galen. ad Hippocr. de fractur., T. XII, p. 293. Virgilius eos imitatus est Aen. VIII, 700. Neque in scholiis Venetis ullum vestigium exstat, ex quo colligi possit, fuisse, qui de Homero versuum auctore dubitarent. Hanc opinionem igitur iure cum Spitznero ad l. l. negligimus. Exoritur altera eorum, qui non ab auctore nostri carminis eos ex Homero desumptos, sed manu alius hominis nescio cuius infeliciter adiectos esse putant, quorum in numero sunt Schlichtegroll *über den Schild des Herakles* p. 49. O. Muellerus, l. l., Dissenius, I. H. Vossius, qui in translatione sua versus omisit, Wolfius aliique plures. His equidem

assentior. Primum enim Eris iam commemorata est in hac ipsa re, ut iterum nominari post tam paucos versus ne a perversissimo quidem poeta potuerit. Deinde *Κῆρες* postea 249 seqq. longe aptiore loco in media pugna apparent; hoc loco, ubi Terroris imago proponitur, circa eum ut apud Homerum varia numina versari, id quidem rei convenientissimum est; *Κήρ* autem *ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον* etc. nulla ratione ferri potest. In Homerico scholio non male iudicatur »*ἐν τάξει τῶν συμβαινόντων λέγει· ἄρχεται γὰρ Ἔρις καὶ τελευτᾷ εἰς πόλεμον· ὁ δὲ πόλεμος ἀποτελευτᾷ εἰς Κῆρας;*« apud nos eadem prorsus rerum ratio, si quatuor versus eiiciuntur; praecedit enim *Ἔρις*, v. 148; deinde quid efficiat, et enarratur 149 — 153, et certis imaginibus numinum diversorum describitur; quorum *Ἀνδροκτασίη* ultimum certe occupavit locum. Aut igitur qui haec scripsit, non poeta fuit, sed nebulo, qui flosculos undecunque corrasit, suaque poemata ipse corrupit, quae est sententia Wolfii, hac tamen in re mecum consentientis; aut haec postea iniecta in textum sunt, id quod facile fieri poterat, si quis haec ex Homero versuum comparandorum caussa adscripserat. Mirum quidem, quod *ἐθύνεον* scriptum est, non *ὁμίλεον*, ut apud Homerum, imprimis propterea, quod haec forma tamquam Hesiodea in Crameri Anecdotis notatur, cf. Schneidewin. in *Götting. Gel. Anz.* 1836, p. 1927. At grammatici notatio non ad hunc versum, sed ad vs. 210 vel 286 pertinet; et qui locum adscripsit, facile aut vitium aliquod admittere potuit, aut aliam scripturam sequi. Suadet igitur illud unum, ut locum retineamus, quod quatuor hi versus et apud Diaconum et omnibus in libris nostris leguntur, cui argumento nemo nimis confidet.

156. *ἐθύνεον*] *ἐθύνετον* B. a pr. m.; secunda *τ* delevit. *ἐδίνεον* coni. Spitzn. ad Hom. Il. XVIII, 535, quae coniectura quamquam per se non displicet, tamen caussa nititur, quod *ἐθύνεον* nihil sui

simile habeat, quae in hoc poeta incertissima est. Nunc accedit illud testimonium, de quo antea dixi, in Crameri Anecdd. Oxonn. I, p. 55, 32 sqq. »σεσημείωται παρ' Ἡσιόδῳ τὸ εὐθύνεον« quod recte Schneidewinus in ἐθύνεον correxit. In K »ἐθύνεον ἀπὸ τοῦ θύνω τὸ ὁρμῶ ἢ τὸ ὀρούω.«

ὁλοὴ] ὁλοῇ C.

κῆρ] κήρ ABIKSd Trinc. Bog. Guiet. Dind. Goettl. idemque Wolfium voluisse scribere, et ex Homero colligendum est, et per se patet.

158. τεθνηῶτα] τεθνειότα C. τεθνειῶτα mei libri omnes, praeter dILM, et ex editoribus Trinc. Steph. Dind. Goettl., qui recte cum Wolfio τεθνηῶτα exhibent. — Heinrichius receperat τεθνειῶτα, sed in exemplari suo correxit. De Aristarchi sententia cf. scholl. Venn. ad Il. VI, 71. VII, 409. XVIII, 537, 540 et Buttm. Gr. Gr. II, p. 16 ann. — ποδοῖϊν] ποδοΐν.

μόθον] μόχθον B a pr. m. χ erasum. In K. »μόθος· ἡ μάχη καὶ πόνος.« — κατὰ χθονός Heracl. Allegor. c. 48.

159. εἶμα δ' ἔχ'] αἷμα δ' ἔχετ' CGKOSV.

δαφοίνεον] δαφοινεόν Im Goettl. ex lege nota, cf. schol. Venn. et Eustath. ad Il. XVIII, 538. — διαφοίνιον Iu. 1. 2. Ben. δαφείνιον Com. Heins. 2. — πάνυ φοίνισσον interpret. K.

160. Si recte antea quatuor versus eiecimus, hic est cum Heinrichio ad Ἀνδροκτασίην trahendus, quod bene fieri potest. Neque ulla satis iusta caussa est, cur hunc quoque cum reliquis pro spurio habeamus, quae erat Muelleri sententia l. l. p. 884; gravissimum vero, quod in scholiis antiquioribus explicatur, et rectius quam in nostris libris legitur, in quibus ipsis versuum quatuor praecedentium nullum est vestigium.

καναχῇσί τε] καναχοῖσι τε B.

βεβρυχυῖα] βεβριοθυῖα C. βεβριθεῖα S. βεβριθυῖα reliqui omnes, si A excipias, ubi Thierschio et Koësio teste βεβρυχυῖα legitur, glossa addita »διὰ τῶν κραν-

γῶν βρυχομένη. His ad verbum respondet Mon. sch. καναχῆσι. γόοις, κραυγαῖς· διὰ τῶν κραυγῶν βρυχομένη. cf. supra p. 30. Diac. interpretatur γαυριῶσα; f. γέμουσα καναχαῖς. Verum non esse vulgarem scripturam perspexerat Guietus, qui ex Hesych. »βάβρηχεν· ἤχησεν« βεβρηχυῖα coniecit; sed quum in Hesychio ipse (cf. Albert. not.) βέβρυχεν scribendum esse viderit, haud dubie voluit ipse postea βεβρυχυῖα, ut mirandum sit, qua ratione Heynius βεβρηχυῖα probare potuerit, T. VIII, p. 189. Recte contra Ruhnkenius βεβρυχυῖα posuit, cuius scripturam Lennepius ap. Boissonad. laudandam, non recipiendam duxit immerito. Ex scholio enim Mon. supra allato Hermannus l. l. p. 197 rem confecit. Origo scripturae βεβριθυῖα, ut multa in hoc carmine, repeti potest ex Hom. Il. XXI, 385 ἐν δ' ἄλλοισι θεοῖσιν ἔρις πέσε βεβριθυῖα Ἀρχαλέη; eo demum tempore orta esse videtur, quo locus praecedens iam ex Homero receptus fuerat. — De notione vocis βρυχάομαι v. Ellendt. Lex. Sophocl. I, p. 324 seq.

161 — 167 nova imago, quam cum praecedente quodammodo coniungendam esse iam Schlichtegrollius l. l. p. 52 viderat, nunc vero Müllerus l. l. p. 884 ita, ut dubitari nequeat, demonstravit, praesertim si quis mecum in scriptura δράκοντος reiicienda consentiat. cf. Levezow, *Gorgonenideal*, p. 49, tab. I, fig. 11; p. 50, t. I, fig. 12; p. 55, t. II, fig. 21.

161. οὔτι] sine accentu exhibent Ald. Iu. 1. 2. Trinc. Bas. — ἔσαν] ἦσαν Im.

162. φοβέεσκον] φοβούεσκον C. φοβέεσκον apud Hom. non exstat. ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων Od. VII, 307 cf. VIII, 282.

163. ἀντιβίην] ἀντιβίη. Voluit fortasse ἀντιβίῃ. — νῖϊ] νἱῖ. In B. alia manus νῖϊ in νίέϊ refinxit.

164. τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ] χαναχὴ Trinc. καταναχὴ Iu. 1. 2. καναχή· κτύπος, ἦχος καὶ ἡ βοή· κανάχιζεν· ἤχει K. Eadem verba ap. Hom. de Achille

»τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν κναχὴ πέλεν« XIX, 365, quo ipso tamen in loco iam a veteribus grammaticis dubitatum est, Homerus num vere pro auctore haberi possit, cf. scholl. Venn. ad l. l., quae correctiora edidit Lehrs. Aristarch. p. 362. Heyn. ad Il. T. VII, p. 686. Spitzn. ad l. l. Ibi si non esset dubitandum, intelligendi essent versus de dentium stridore ex nimia Achillis ira exorto, ut frendere apud Latinos de iratis non raro dicitur. Apud nos vero de serpentibus intelligitur, quos Heinrichius ait re vera dentibus collisis facto strepitu hosti terrorem incutere solere. Heynius contra »miro modo« ait »serpentibus tribuitur, quod pugnantibus conveniebat.« Ac profecto dentium collisio non irae, sed tremoris signum est apud Homerum, ubi Dolo capitur, Il. X, 394 »ὁ δ' ἄρ' ἔστη, τάρβησέν τε, βαμβαίνων — ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίγνετ' ὀδόντων.« Quod quidem si ad nostrum locum explicandum adhibeas, aptior fortasse rei ratio procedit. Iam enim duodecim serpentum capita tantum efficere inter homines terrorem pavoremque dicuntur (φοβέεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων), ut dentium adeo strepitus prae timore exoriatur. Praeclare ita huius loci conformatio convenit cum praecedentibus vs. 150 sqq.; τῶν spectat ad eosdem, de quibus in versibus proxime collocatis sermo institutus fuerat; neque incommode addita et his opposita sunt verba sequentia »τὰ δὲ δαίετο θαυματὰ ἔργα«, »illa autem opera admiranda splendebant«; evanescit denique stridor dentium ex serpentibus ortus, qui iam Schlichtegrollium aliosque valde torsit, cf. l. l. p. 53 seqq. Concedendum tamen, vulgarem hoc de loco sententiam apud omnes scholiastas exstare. Ceterum cf. Obsvv. miscellan. I, p. 357 sq.

165. Ἀμφιτρυωνιάδης] Ἀμφιτρυωνίδης B. Ἀμφιτριωνιάδις Trinc.

τὰ δὲ δαίετο] τάδε δαίετο Diac. τὰ δὲ — ἔλαμπον interpret. f. — In A. alii legerunt τάδε δαίετο, alii τὰ δεδαίετο. — τάδ' ἐδαίετο F. τάδ' ἐδέετο C.

τ' ἐδαίετο GK a pr. m. (correxit altera in *τὰ δ' ἐδαίετο*). *δ' ἐδαίετο* SV. *δὴ δαίετο* L. *τὰ δὲ δαίεσθαι* M. *τάδ' ἐδαίεσθαι* Im. Quid verum sit, per se patet.

θωϋτὰ ἔργα] Schol. Pind. ad Ol. I, 43 »ἢ θαύματα πολλά] ἄπιστον εἶναι βούλεται τὸν τῆς ἱστορίας λόγον Πίνδαρος, ὅτι ἐκρεουργήθη ὁ Πέλοψ. ὁ δὲ ἢ βεβαιωτικός· τινὲς δὲ ὀξυτόνως ἀναγινώσκουσιν ὡς κατὰ ἀποβολὴν τοῦ σ̄, ἵν' ᾖ θαυμαστὰ ἔργα· ὡς καὶ Ἡσίοδος· θαυματὰ ἔργα· ἔνιοι δὲ παράδοξα ἤκουσαν.« Eandem scripturam *θαυματὰ* in hoc ipso et Pindarico loco unam et novit Diac. et f. interpretatur. Exstat ea in OPT, uno Neapolitano, duobus Florentinis Lennepii, Trinc. Steph. mg. Gaisf. Boisson. Dind. Goettl. Hisque conveniunt, qui metro violato *θαυμαστὰ* exhibent BCEFGIKMmNSV et duo Florentini Lennepii. (In M. *θαμαστὰ*, *υ* superscr.). Alii libri recedunt. *θωϋτὰ* supra rasuram, *γρ. θωϋτὰ* in mg. B., Ald. Iu. 1. Bog. Bas. Steph. Heins. reliqui, ut Wolfius. *θέσκελα ἔργα* unus Florent. ap. Lennep. ex Il. III, 130, ut videtur. Heinr. in mg. »Forma novae *Ἰάδος*, sed sine punctis scribenda *θωυτά*, v. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 419, not. *) Herm. de emend. rat. Gr. p. 48. Tunc *ων* una tantum syllaba est et scr. *θαυματά*. Quanquam *ωϋ* h. l. defendit Buttmann. in *Ausführl. Sprachl.* T. I, p. 102, not. **).« Brunck in Mss. »scr. *θαυματά*.« Apud Homerum *θαυματὰ* non exstat, sed in Hymn. in Merc. 80 et in Bacch. 34 cf. Ruhnken. Epist. crit. p. 27. Boeckh. Nott. critt. ad Pind. p. 344.

166. *στίγματα*] *στιγμαί* coni. Herm. ad Orph. 702 ex Diac., sed ipse retractavit Opusce. l. l. p. 197. *στίγματα* apud Homerum non reperiuntur. *στικτὰ νῶτα δρακόντων* Nonn. Dionys. XIII, 199.

ὣς] *ὡς* Wolf. scripserat calami errore, ut est in AS Ald. Bas. — *ἐπέφαντ' οἰδεῖν* E vitiose.

167. *κυάνεα κατὰ νῶτα*] *κυάνεοι κατὰ νῶτα* AB CDGPSV Ald. Iu. 1. Bas. Benen. Steph. mg. *κυ-*

άνεα ex Trinc. receperunt Iu. 2. Bog. interpres Basileensis, et post Stephanum reliqui. Quid Diac. voluerit, non ab omni parte certum est. Ait enim »*ὥςπερ δὲ στιγμαὶ ἦσαν ἐπάνω τῶν ῥάχεων τῶν δρακόντων· κατάστικτοι γὰρ καὶ ποικίλοι οἱ ὄφεις.*« In f. »*μελαίναι φολίδες*« ut *κνάνεα* legisse videatur, cf. supr. p. 52. Sed memoratu dignissimum schol. A, quod ibidem dedimus »*ὡς δὲ ἔστιν ἰδεῖν δράκοντα, οὕτως ἦσαν κατάστικτοι εἰς τὸ ὁρᾶσθαι.*« Hoc enim ducit nos ad Hermanni rationem, in Opuscc. l. l., qui hos versus cum vs. 183 comparavit, et ex praecedente dativo *δράκουσιν*, nominativum *δράκοντες* intelligit. Etiam in Brunck. MSS. »*κνάνεοι κατὰ νῶτα* bene.« Olim Hermannus *κνάνεαι*, ut cum voce *στιγμαί* coniungeretur. Qui *κνάνεα* retinent, aut illud ad *στίγματα* trahunt, ut O. Müller. l. l., aut ad *νῶτα*, ut I. H. Voss., qui vertit »*längs den bläulichen Rücken.*« Quod ultima syllaba huius vocis producitur, per se non sufficit, ad mutationis necessitatem demonstrandam, cf. Spitzn. de vs. her. p. 24 seqq., sed librorum auctoritas et loci totius conditio alteram scripturam *κνάνεοι* requirere videntur.

168 — 177. Nova imago. Aprorum et leonum pugna. Schlichtegroll. l. l. p. 56 seqq. Welcker l. l. p. 577. O. Müller. l. l. p. 885.

168. *ἔσαν*] *ἦσαν* CGKS »*χλούνων· χαλεπῶν*« K.

169. *δερκομένων*] *δερκομενών* D o in fine syll. superscr. — *κοτεόντων*] *κοτιέντων* BCDKSV Ald. Iu. 1. Bas. »*κοτίεις· ὀργίλος*« K. Est igitur ex voce *κοτηέντων* mala pronuntiatione corruptum. Apud Hesychium II, p. 528 »*κοτέοντες· ὀργιζόμενοι*« »*κοτέων· ὀργιζόμενος*« »*κοτήεις· — ὀργίλως διακείμενος.*« Possis de correptione vocis *κοτήεις* cogitare, *κοτέεις*, qualem ex Herodiano Schneidewinus recepit in voce *ἠχέεις*, Archil. fr. 66.

ϑ' ἰεμένων τε] *τ' ἰεμένων* Diac. (*ὁρμωμένων κατ' ἀλλήλων*) CK Trinc. Iu. 2. Steph. Com. Heins. Graev. (sed in Lectt. Hesiodd. p. 98 »*ruentium*,

non *festinantium* nisi forsan legendum: *θ' ἱεμένων τε* avidorum scilicet pugnae«) Robins. Gaisf. Dind. — *τιεμένων τε* DGOSV, (addita in G interpretat. »*τιμωρήσεσθαι προθυμουμένων*« cf. supr. p. 52) Ald. Iu. 1 Benen. — *τ' ἱεμένων τε* vitiose Heinr. Boisson. — *ἱεμένων τε, τ'* ante *ἱεμένων* alia manu inserto, B. — *θ' ἱεμένων τε* AEFHIMN Bas. (interpret. addita: mordere cupientium) Bog. Schmidt. Goettl. — »*ἱεμένων* contra usum Homericum: ante *ἵεμαι* non fit elisio vocalis. Heyn. ad Il. XII, 274 et T. VII, p. 758. Matth. ad Hymn. in Apoll. Pyth. 293. At vide 253« Heinr. in mg. — *θ' ἱεμένων* h. l. equidem propter nexum sententiarum praefero.

170. *τῶν καὶ*] *καὶ* omissum in GSV; in K al. m. insertum. — *ὁμιλῆδὸν*] *ὁμιληδῶν* Mm. *ὁμιλιδῶν* I. *ὁμιλαδὸν* NOT Trinc. Steph. mg., quae est forma Homerica, Il. XII, 3. XIII, 277. XVII, 730, brevi penultima, ut *ἰλαδόν*, II, 93 et Hesiodea, Opp. et D. 285. *ἰληδόν* Quint. Sm. I, 7. II, 396 *ἰληδά* Arat. Dios. 185, ubi al. *εἰληδά*. — *ἦϊσαν*] *ἦσαν* C. *ἴσαν* AGOSV. — *τώγε*] *τῶν γε* B a pr. m. HIMN Robinson. Loesn. *τώγε* CGSV Trinc. Iu. 2. Steph. Com. Heins., reliqui usque ad Heinr. Dind. Boiss. In G. superscr. *οι. τοίγε* AB (ex correctione) et sch. Mon. (*οὗτοι*) Ald. Iu. 1 Bas. Bog. Goettl. De K Matth. »*τοίγε* aut tale quid in textu, et in marg. *γρ. τώγε.*« Heinr. in mg. »*τοίγε* etiam Mosc. c. Genuinum hoc, ut 176 *τοί δ' ἐγειρέσθην ἀμφότεροι*« idemque p. 151 propter ea, quae de dualis coniunctione cum plurali adnotavit »sed hoc diversum est; nec sic confundi potest dualis cum plurali: *τώγε οὐδέτεροι.*« —

171. *οὐδέτεροι*] *οὐδέτερον* KOV (K *γρ. οὐδέτεροι*) *οὐδ' ἕτεροι* ACIS Ald. Iu. 1 Bas. Bog. et sic scribendum esse, Graev. L. H. p. 138 suspicatus est. In Mon. sch. (supr. p. 30) »*οὐδ' ἕτεροι τρεέτην· οὗτοι δὲ οὐδεὶς τὸν ἕτερον ἐφοβοῦντο.*« In f. »*οἰδ' ἕτεροι δὲ τούτων ἐφοβοῦντο.*« Legit igitur *τῶν γε*

οὐδ' ἔτεροι.— Vox composita οὐδέτεροι primum ap. Hesiod. exstat, Theog. 638; ap. Homer. nihil nisi οὐδετέρωσε Il. XIV, 18, ubi tamen libri nonnulli οὐδ' ἑτέρωσε scribunt, cf. Spitzn. ad h. l.

φρίσσον γε μὲν] φρίσσόν γε μὲν Ald. Iu. 1. 2. Bas. Bog. φρίσσον γέ μεν A. φρίσσον τε μὲν GKO, qui fort. dualem φρίσσοντε exhibere voluerunt, ut κοτέοντε 176. φρῖσσον γε μὲν N. φρῖσσόν γε μὲν Dind. Goettl. gl. in K »φρίσσειν· τὸ ἐξορθοῦν τὰς τρίχας· φρίσσει δὲ τις φόβῳ ἢ ψύχει ἢ ὀργῇ.« Ceterum cf. φριξαύχην ap. Arion. in Schneidewin. Delect. poett. melic. p. 259.

172. σφιν] νιν C male. — ἔκειτο] Diac. mire »ἤδη γὰρ ἐπῆλθε τοῖς κάπροις μέγας λέων« quo usus est interpres Basil. alter. »Iam enim ipsis instabat magnus leo.« — λῖς] λίς IKmT Trinc. ex verissima Aristarchi lege, cf. Wolf. Anall. 4, p. 503 Lehrs. Aristarch. p. 266 seqq. Lobeck. Paralipp. Gr. Gr. I, p. 85. — δὲ κάπροι] δὲ κάπροιω D. δεκάπροιω Ald. δεκάπροιο Iu. 1. 2. quod correctum iam ap. Bas. Trinc. et Bog. — ἀμφιδὲ V.

173. δοιοί] δύο B a pr. m. δύοι a sec. δυοὶ I. — ἀπουρᾰ́μενοι] ἀποαρᾰ́μενοι C. Plerique, ut Buttm. Gr. Gr II, p. 84. Lexilog. I, p. 76. Meinek. Euphor. p. 116, passive hanc formam interpretantur: Hermannus contra, commate post δοιοί c. Wolfio posito, medium esse arbitratus vertit »*die einander das Leben geraubt haben*«, ut simul et ad leones et ad apros trahatur; quod habet, cur perplaceat. Sed videndum est de rerum serie universa. Apri leonesque summa pugnandi cupiditate turmatim incedunt, sese aggressuri invicem, horridis collis, nullo timore; immo animis antecedente in pugna suorumque caede magis etiam exacerbatis. Haec summa rei. Iam ubi poeta commemoravit, 170 seq. timoris eos prorsus expertes fuisse: addit, collo erecto utrosque suum pugnandi ardorem prodidisse. Ita enim intelligenda esse verba, φρῖσσόν γε μὲν αὐχένας ἄμφω, patet et ex usu Homerico, Il. XIII, 473, Od. XIX, 446,

quem noster poeta imitatus, vs. 390, nunc ab apris etiam ad leones transtulit, et ex nostri loci conformatione, quae, quominus de timore cogitemus, prorsus impedit. In sequentibus ardoris huius caussae explicantur: ἤδη γάρ cett. ac Diacono quidem auctore ita, ut unus leo aggressus esse apros et duo interfecisse dicatur. Quare non mirum est, quod cum ἀπουράμενοι ψυχάς et quae de mortuis sequuntur, omnia ad solos apros traxisse videmus. Sed quum ἔκειτο nulla ratione in hanc sententiam detorqueri possit: recentiores interpretes, qui hunc errorem facile devitarunt, in sequentibus etiam versibus explicandis a Diaconi ratione recedere debebant. Ait igitur poeta, ex eorum numero iam unum magnum leonem et duo apros cecidisse; horum *sanguinem* destillasse in terram; *ipsos* vero (αἷμα enim et οἱ δ' sibi opponuntur) cervicibus deiectis iacuisse mortuos sub leonibus. (Postremis verbis nihil significari videtur, nisi leones iam in antecedente pugna aliquatenus certe victoriam reportasse, et latius progressos esse, ita ut et leo et apri mortui sub leonibus iacerent. Ubique autem apri cum leonibus pugnantes vincuntur quidem, sed summam fortitudinem probant.) Itaque ut de vivis dixerat leonibus et apris φρῖσσον αἰχένας, ita de mortuis »αὐχένας ἐξεριπόντες.« Haec explicandi ratio iam antiqua est, ut apparet ex scholio, quod supr. p. 52, n. 10 dedimus »ἐξεριπόντες· οἱ χοῖροι καὶ ὁ λέων καταβαλόντες.« — His paullo uberius disputatis, id certe sequitur, Hermannum ἀπουράμενοι ψυχάς recte ad leones et apros traxisse; atque additamentum hocce paene necessario voci ἔκειτο additur, similiter, ut ap. Hom. Il. XIII, 763. XXIV, 168 χερσὶν ὑπ' Ἀργείων κέατο ψυχὰς ὀλέσαντες. Hermannum vero hac in caussa sequuti, nulla re impedimur, quominus cum eodem medii notionem retineamus »qui sibi vitam eripuerant sc. pugnando prae reliquis« i. e. »qui pugnantes vitam amiserant.«

κατὰ δέ σφι] *καταδέ* C, sed *κατὰ* h. l. pro adverbio habendum est et cum voce *ἔραζε* cohaeret nec potest cum voce *ἀπελείβετο* coniungi. Dubitabat Guietus. — *σφιν* Ald. Iu. 1. 2 Bas. *σφι* Trinc. Bog.

174. *ἀπελείβετ'*] *ἀπελεῖβατ'* Ald. Iu. 1. 2. Bas. *ἀπελεῖβε τ'* Trinc. *ἀπελείβετ'* recte primus Bog. c. codd. — *ἔραζ'*] *ἔραζε* ABN. *ἔραζεν* CGImS. De elisione insolita vid. Spitzn. de versu her. p. 171. Thiersch. Gr. Gr. §. 164, 4. — *οἱ δ'*] *οἵδ'* S. *οἵ δ'* Graev. Schrev. »aliqui autem« male interpr. Basil. — *ἐξεριπόντες*] *ἐξερίποντες* Heinr. calami, ut videtur, errore. »*αὐχένας ἐξεριπόντες* Homericis exemplis illustratum ad Il. XVII, 440« Heinr.

175. *τεθνηῶτος*] *τεθνηῶτα* F. *τεθνειῶτες* ImNS. Ad h. l. laudabiliter Winterton. de his formis disputavit, et observare sibi visus est, »quod qui a *τεθνηὼς* descendunt casus, pauci admodum sunt, iique *βραχυπαράληκτοι*· qui vero a *τεθνειὼς*, plurimi, iique *μακροπαράληκτοι*« cf. ad vs. 158. — *βλοσυροῖσι*] *βλοσσυροῖσι* ImG. — *λέουσιν*] »draconibus« interpres Basil. prior.

176. *τοὶ δ' ἔτι*] *τοίδ' ἔτι* ST Trinc. *τοῖδ' ἔτι* I. *τοὶ δέ τοι* B. — *ἐγειρέσθην*] *ἐγειρέτην* IMm. — *κοτέοντε*] *κοτέοντε δυικῶς* K. *κότεον τε* C. Steph. in mg. »*γρ. κότεόν τε*« et in Lex. s. v. *κοτέω* p. 1275 »quaedam exempla divisim legunt *κότεόν τε*.« Hunc sequutus Commel. p. 26. »Alii malunt *κότεόν τε*, et irascebantur seu incendebantur, et ita Palat.« Iam Diac. »*διηγέρθησαν εἰς μάχην*« rectam monstravit viam.

177. *ἀμφότεροι*] *ἀμφώτεροι* B. — *σύες*] *σῦες* C. — *χαροποί*] *χαλεποί* C, ex interpretatione vocis *χλούνης*, ut videtur, cf. Suid. s. v. — »*χαροποί· εὐόφθαλμοι καὶ περιφερεῖς*« K.

178 — 200. Lapitharum et Centaurorum pugna, cf. Schlichtegroll. l. l. p. 58 seqq. Welcker. l. l. p. 577 seq. O. Müller. l. l. p. 886.

178. *ὑσμίνη*] *ὑσμίνη μάχη* GOSV. glossa in

versus illata. — *Λαπιθάων*] *Λαπηθάων* m. *Λαπίθων* B D Ald. Iu. 1. 2. Bas. (» In B. *α* est puncto inferne notatum, quo videtur librarius monuisse, esse illud delendum, et supra *ι* acutus positus « Koehl.; gl. b. *Λαπίθων*.)

179. In A. versus omissus et in ima margine scriptus est, ut Thierschius notavit. — *ἀμφὶ ἄνακτα*] *ἀμφιάνακτα* B (e correctione, tamquam una voce comprehendendum esset), K (c. gl. *ἀμφιάνακτας ἔλεγον τοὺς διθυραμβοποιούς*· » v. schol. Aristoph. Nubb. 595. Suid. s. v. *ἀμφιανακτίζειν* « Heinr.) G Ald. Iu. 1. — *Λρύαντα*] *δρίαντα* Im. — *Πειρίθοάν τε*] *Πυρίθοόν τε* C. *Πειριθόοντε* Com. Heins.

180. *Ὅπλέα*] *Ὀπλέα* B C. — *τ' Ἐξάδιόν τε*] *τ' ἀξάδιόν τε* B. In scholl. Venn. ad Il. *Λ*, 264 » *παρὰ τῷ ποιητῇ ἀπὸ τοῦ ε̄ τὸ ὄνομα ἤρξατο, παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις καὶ χωρὶς τοῦ ε̄ εὑρέθη, ὡς καὶ Οἰλεὺς μὲν παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ παρ' Ἡσιόδῳ.* « Scrib. » *Ἰλεὺς δὲ παρ' Ἡσιόδῳ.* « Hinc suspicor, in nostro quoque loco antiquam fuisse scripturam *τε Ξάδιον*; ubi enim Homero iuniores opponuntur, Hesiodus iis non interesse non potest. Accedit Posidonii Apolloniatae testimonium ap. Tzetz. ex. Il. p. *Λ* » *ὁ τῷ Ἡσιόδῳ μέμψιν ἐπάγων ὡς παραφθείραντί τινας τῶν Ὁμήρου λέξεων, τὸν Οἰλέα Ἰλέα εἰπόντι καὶ τὸν νήδυμον ἤδυμον καὶ ἄλλα τοιαῦτα* « qui fortasse etiam de hoc nomine cogitavit, cf. Lehrs. Aristarch. p. 179 seq. Spitzn. ad Il. II, 527. — *Φάληρόν τε*] *φάλληρόν τε* C. *φαληρόν τε* I Iu. 2. *φάλερόν τε* Robert. vitiose.

181. *Μόψον τ'*] *Μόμψον τ'* E F f I L. — *Ἀμπυκίδην*] *ἀμπεκίδην* B. — gl. in A. *υἱὸς Ἀμπίκου τοῦ Τιταρίωνος*. — In L hic versus cum sequente confusus est: *Μόμψον τ' Ἀργείδην ἐπιείκελον ἀθάνατ.* — » *ἀπόγονον Τιταρῶνος Μόψον· Μόψον δ' Ἀμπυκίδην Τιταρήσιον* « schol. ad Lycophr. ap. Bachm. Anecd. II, 251. cf. Tzetz. ad Lycophr. 881. schol. ad Apollon. Rh. I, 65. Etym. M. p. 760, 46, ubi Anon. pro *πόλεως* ex Il. II, 751. *πολέμου* scribit, Buttm. Mythol.

II, p. 220 not. — ὄξον] ὄρον m. ὄζος Ἄρηος ex Homero, Il. II, 540, 663, 745 alibi.

182. Legitur ap. Hom. Il. I, 265, sed ex nostro loco illuc translatus, cf. Heyne et Spitzn. ad l. l. — Ἀργείδην L. ἐπιοίκελον m. ἐπιείκελον Iu. 1. 2. ἀθανάτοισι CS.

183. Deest versus in F (a sec. manu additus) H et Voss., ac propterea a Ruhnkenio Ep. crit. p. 103, Heinrichio, Gaisfordio, Dindorfio pro spurio habitus, sed a Goettlingio defensus est: et ipse Heinrichius postea in exemplo suo stellulas illas sustulit, quibus eum tamquam suppositicium antea distinxerat. Ac recte illud quidem. Nam ut Goettlingius intellexit nec eorum quemquam fugit, qui de arte poetae in Scuto exornando explicatius scripserunt, argumenti caussa versus perquam est necessarius. In verborum autem constructione nihil esse, quod eum suspectum facere possit, per se patet: ducem in ea re firmanda habemus Hermannum, l. l. p. 197 ad vs. 167. Exstat apud Diaconum et reliquos scholiastas; omissus videtur aut casu, aut quoniam non satis commode praecedentibus annecti posse videretur. Certe eandem ob caussam in H versum 188 mutatum esse coniicio, de quo postea.

χρύσεια] χρύσεα BCGSV.

184. Κένταυροι δ'] Κένταυροι θ' B a manu recent. L Ald. Iu. 1. 2. Bas. — ἑτέρωθεν] ἑτέρεθεν M ω superscr. ἑτ' ἑτέρωθεν S. — ἐναντίοι] ἐναντίον C.

185. Πετραῖον] Πετραΐου Com. Πετραΐον Heins. Petraeum ex hoc loco, ut videtur, Ovid. Metamm. XII, 327. — ἴδ'] ἦδ' ABCIKmSV Ald. Iu. 1. 2. Bass. Bog. Steph. Com. Heins.; ἴδ' scribendum esse editorum, (Trinc. excepto) primus docuit Wintertonus; vidit etiam Heins. in altera editione, Schmidt. et recentiores. — Ἄσβολον] Ἀσμολόν Ff1. In exemplis antiquioribus fortasse etiam Ἄστυλος reperiebatur, quod nomen Ovi-

dius Metamm. XII, 308 exhibet. De Asbolo Boissonad. laudat Philostrat. Her. p. 252.

186. *Ἄρκτον*] *ἄρετόν* I. — *θ' Οὔριόν τε*] *θούριόν τε* C T Trinc. Steph. mg., ut Diaconus »*καὶ τὸν ἄρκτον τὸν ὁρμητικόν*« inepte. In B eadem manus, ut Koehlero visum est, *θ' ουὐριόν τε* mutavit in *θούριόν τε*, et simul gl. addidit »*θούριον· ὁρμητικόν.*« — *τ' Οὔριόν τε* Im V Schmidt., et Interpres Bas. 1 (»Urium«) ut videtur. *τ' Οὔρειόν τε* Guietus coniecit, receperunt Heinr. Boisson. Dind. Goettl., simul Heynii auctoritatem sequuti, *antiquar. Aufsätze* I, p. 57. »Heyn. ad Apollodor. p. 148, ex numo ap. Neumann« Heinr. — Plerique editores cum Wolfio faciunt, Ald. Iu. 1. 2. Bass. Steph. Com. Heins. Wintert. Gaisf. — *θ' Οὔριόν τε* S Bog. — »Hureumque« interpr. Bas. 2. — De scriptura *θούριον* cf. imprimis O. Müller. ap. Welcker. in Museo Rhenano, II, 1, p. 28, ubi ille de commutatione vocum *Ὑρία, Οὐρία, Θυρία, Θουρία* praeclare, ut assolet, disputavit. — H. l. *τ' Οὔριόν τε* scribendum esse puto.

μελαγχαίτην τε] *μελαγχέτην* C G (sed in G *αι* superscr.) *μελεγχαίτην* Im. *μελαχαίτην* B. Ap. Diodor. IV, 12. *Μελαγχαίτης* est nomen proprium; Mimas non commemoratur. Ceterum haec vox apud Homerum non est; apud Sophoclem Trach. 837. Nessus Centaurus ita appellatur, cf. Ellendt. Lex. Sophocl. s. v.

187. *Πευκείδας*] *Πευκίδας* B C G S V Ald. Iu. 1. 2. Farr. Peucei filios Diac. putat nominatos Perimedem et Dryalum; si non essent nominati, efficeretur numerus novem Lapitharum et Centaurorum. *περὶ μήδεα* divisim Iu. 2 et Farr. perverse.

188. *ἀργύρεοι*] *ἀργυρέας* H. — *χρυσέας ἐλάτας*] *χρυσέας δ' ἐλάτας* I M m. In mg. K »*χρῦ*« scriptum est. cf. Lehrs. quaest. epicc. p. 265. — *ἔχοντες*] *ἔχοντας* H. Vid. ad vs. 183. — Ap. Diodor. Centauri *πεύκαις* in pugna utuntur; »*ὁ δὲ χλωραῖς ἐλά-*

ταισι τυπεὶς ὤχεθ' ὑπὸ χθόνα « sunt Pindari verba ap. Apoll. Rhod. schol. I, 57. fragm. 45 Dissen.

189. *συναΐγδην*] Ita EFIM Voss. Etym. M. 41, 29 seqq. Sed in FIM *συναΐκτην* superscr. (in F et M. manu recentiori); in m legitur *συνέγδην*, sed *αι* superscr. et *ε* punctis infra additis deletur. Iam Guietus, Ruhnkenio iudice, non *συναΐχθην*, ut apud Graevium scribitur, sed *συναΐγδην* scribendum esse censuerat; idemque probarunt V. D. in Obsvv. miscell. I, p. 416. Ruhnken. Ep. crit. p. 103. Schneid. et Passov. in Lexicis s. v., Buttmann. Gr. Gr. II, p. 68. Heinr. Gaisf. Boisson. Dind. Goettl. Incertus haeret Matthiaeus, qui Gr. Gr. §. 193 *συναΐκτην* ex forma *συναϊσσέτην* explicat, et §. 256 *συναΐγδην* adverbiis adnumerat. — Reliqui libri, ut BCSTV, et editores, ut Ald. Iu. 1. 2. Trinc. Bass. Bog. reliqui exhibent *συναΐκτην*. — Diaconus ap. Trinc. » *καὶ σὺν τοῖς Λαπίθαις ὥρμων καὶ οὗτοι οἱ Κένταυροι. καὶ ὥςπερ ζῶντες ἐκινοῦντο κατ' ἀλλήλων ἐν τοῖς ὅλοις* «, ubi pro voce *ὅλοις* non est cum Heins. et Heinr. *ἄλλοις*, neque cum B *ὄχλοις*, sed, ut per se patet, *ὅπλοις* scribendum. De hac interpretatione quomodocunque statuamus, illud certum videtur, primam eius partem pertinere ad adverbium *συναΐκτην* aut *συναΐγδην*, non ad formam verbalem; ita ut Diac., si summam rei spectamus, eandem prorsus scripturam habuerit, qua nos utimur. Idem, opinor, valet de antiquis scholiis, si explicant » *ὁμοῦ ὥρμων, μεθ' ὁρμῆς ἐλαύνοντες* « ex quibus sua hausit Etym. M. l. l., ubi Schleusnerus in Adnott. ad Etym. M. II, p. 714 pro *συνέλαβεν* infeliciter *συνέβαλον* coniecit: debebat enim aut *συνέλαυνον*, quod est in gl. G et in Etym. cod. Dorv., reponere, aut *συνελαύνοντες* nostro ex scholio. Quae si vera sunt, haec una restat quaestio, utrum hoc in adverbio litterae mediae, an tenues, an denique, ut etiam Guieti scripturam adiungamus, de qua Ruhnkenii iudicium non probaverim, aspiratae praeferendae sint. Ita *συναΐγδην* scribere nemo du-

bitabit. Sin vero aliter aliquis censeret, et ex scholiastarum enarrationibus non adverbium, sed verbum exsculperet: is facile corrigeret, *ἔγχεσί τ' ἠδ' ἐλάτῃς*, de qua correctione iam Wolfius cogitaverat. Ego vero in superiore sententia acquiescendum esse puto.

ὡρεὶ ζωοί περ] Similiter Homerus Il. XVIII, 539. »*ὡμίλευν δ' ὥρτε ζωοὶ βροτοί*«; Hymn. in Cer. 215. »*καὶ χάρις, ὡρεί πέρ τε θεμιστοπόλων βασιλήων.*«

190. *ἔγχεσιν*] *ἔγχεσι δ'* E. — *ἐλάτῃς*] *ἐλάτῃσ'* A E. *ἐλάτῃσιν* F I m. *αὐτόσχεδον· ἐγγὺς ἢ εὐθύς· ὡριγνῶ· τὸ ἐπιθυμῶ* K. Totum versum Heynius ad Il. T. VII, p. 543 sine idonea caussa insiticium esse opinatur; immo hoc versu eiecto, non constat sibi poetae descriptio, quae Lapithas et Centauros cominus pugnantes nobis et propterea manus et arma extendentes ostendit, cf. Il. II, 543 seqq.

191. Ab hoc versu novam imaginem Wintertonus et Wolfius exordiuntur; equidem cum Schlichtegrollio, Welckero, Müllero Martem Minervamque ad Lapitharum Centaurorumque pugnas pertinere puto. Minerva adeo ne verbo quidem addito a Marte seiuncta est. Sed illud mihi Muellerus non persuasit, deum deamque, ut in Il. XVIII, 516, iunctos Lapithas sibi defendendos elegisse; Mars mihi Centaurorum tutor, Lapitharum socia Minerva fuisse videtur, eadem ratione, qua ap. Paus. VI, 19, 9 et hoc toto in carmine factum est. Ita intercedit similitudo aliqua inter hoc certamen et Herculeam pugnam. Et si verum est, quod aiunt, iam Hesiodum Centauros tales sibi finxisse, quales postea erant, equino corpore indutos; non ineptum est, praesidem eorum in curru insistere, Minervam vero sine curru in pugnam se immittere. *Πρυλέες* vero Centauri recte nominantur.

βλοσυροῖο] *βλοσσυροῖο* G I m V. — *ἔστασαν*] Ita C Ald. Iu. 1. Bog. Steph. Heinr. Goettl. — *ἔστασαν* B G m S Trinc. Iu. 2. Farr. Schmidt. Gaisf. Boiss. — *ἵστασάν* Guiet. Heins. — Wolfius neque

spiritum neque accentum addiderat, nescio quo modo. Ego Bekkerum, Wolfium, Buttmannum, Gr. Gr. II, p. 159 et Spitznerum sequutus sum in Exc. V ad Il. II, 525 p. XI seqq. cf. 61, 195, 561, 434.

192. *ἐν δὲ καὶ*] *ἦν δε καὶ αὐτὸς* f. certi tamen nihil affirmandum est. *αὐτὸς*] Heinr. in exemplo suo post *αὐτὸς* comma posuit, adiectis his verbis »Interpunctio Hermanni Diss. de Pron. *αὐτός* p. 50.« — *ἐναρφόρος*] *ἐναροφόρος* C D F I M m O et si verum litterarum ordinem sequi licet, Hesych. I, p. 1214, ubi nunc *ἐναραφόρος* scribitur. — *ἐναρσφόρος* B G S V Trinc. — *ἐναριφόρος* L, quod tamen corruptum ex *ἐναρσφόρος* esse suspicor, cf. ad vs. 195; nec aliter exhibitum fuisse in K coniicio, ubi nunc *ἐναρφόρος* est ex correctione. — *ἐναρηφόρος* initio scriptum fuisse, putat Goettling., quae forma reperitur in Anal. 3, 159. — Editores ab Aldo usque ad Goettlingium omnes *ἐναρφόρος* exhibent, licet libri paene nulli faveant. *ἐναρσφόρος* recte comprobavit Buttm. Gr. Gr. II, p. 352, cuius sensentiam nuper praeclare exornavit Schneidewinus meus in Coniectt. critt. p. 11., cui nemo facile in posterum repugnabit: gl. b. »*ἐναρσφόρος· πολεμιστής, ἀπὸ τοῦ τὰ ἔναρα φέρειν, ἢ ἀπὸ τοῦ τοὺς ἄνδρας φονεύειν.*« ex scholl. antiquis.

193. *αἰχμὴν*] *ἔγχος* H. *ἔγχος τ'* I M m, ex glossa, ut videtur Goettlingio, vel ex vs. 197 huc translatum. — *χείρεσσιν*] *χείρεσιν* I m. — *πρυλέεσσι*] *πρυλέεσσιν* A. De cuius vocis notione cf. Lehrs Aristarch. p. 123. Passov. in Lex. s. v., qui non male pedites et ducem in curru sedentem sibi opponi putat; et aliter iudicantem Herm. de hyperb. p. 5 seqq. Opusce. IV, 288. — *κελεύων*] *κέλλων* C.

415. ἔῤῥηξεν] ἔῤῥηξε CGV. ἔρηξε B. ἔῤῥηζεν S. ἔῤῥυξεν Iu. 2. — χαλκόν] χαλκόν, ος superscr. F ex Seleuci coniectura, cfr. supr. p. 49, persuasum enim habeo, haec Seleucum non hausisse ex libris, sed ex ingenio; de quo simili in caussa dubitare non debebat Muetzell. de emend. Theog. p. 416. Seleuci reprehensionem ut a poeta averteret, Diac. explicare voluit »τὸν θώρακα«, conatu etiam infeliciore. De notione vocis cfr. Boeckh. expl. ad Pind. p. 174; et de Latinorum usu v. Fest. s. v. prolato »aere prolato substitit« (p. 242 ed. Od. Müller.) Verum iam Heinrich. vidit. In G gl. »ἐπὶ τοῦ δόρατος.«

416. βίη Ἡρακληείη] β. Ἡρακλείη I. βίη Ἡρακλείη m. βίη Ἡρακληείη male invexit Steph., quem sequuti sunt Com. et Heins. Guietus correxit.

417. κόρυθός τε] κόρυθος (τε om.) Trinc. κορυθός τε Heins. — μακρῷ] χαλκῷ A sed in mg. »γρ. μακρῷ.«

418. αὐχένα] αὐχένι G (α superscr.) KSV. — γυμνωθέντα] γυμνηθέντα G. — ὑπένερθε] ὑπένερθεν S. — γενείου] γένειον Trinc. τοῦ γενείου B.

419. ἐπικρατέως] Legendum puto ἐπικρατέως τ' ex Diac. »ταχέως καὶ ἰσχυρῶς.« — κέρσε] κέρσαι C. τέρσε L, de qua forma vid. Buttm. Gr. Gr. II, p. 255. Hesych. »κέρσαι, κόψαι, τεμεῖν« Diac. »ἔκοψε« Plut. Crass. cap. XXV »τὰς δὲ κεφαλὰς τῶν περὶ τὸν Πόπλιον ἀποκείραντες« cfr. Schaef. Vol. V, p. 183. — τένοντε] τένοντες m sed σ sublatum est; τένοντα C. τένοντας A.

420. μελίη· μέγα] μελίῃ μέγα D. μελίη· μεγα Ald. — ἔμπεσε] ἔμπεσε σε C. ἔπεσε m. Diac. »κατεβλήθη« v. Heinr. et Wolf. ad h. l.

421. ἤριπε δ'] ἤριπέ δ' Ald. (quod iam in Iu. 1 correctum est.) — τις] abest a F I M m. τὶς

Trinc. et plures alii. — *δρῦς*] *δρὺς* m S. — *ἤριπεν*] *ἔριπεν* S Wintert. Cfr. Homer. Il. XIII, 389, XVI, 482.

423. *ἔριπ'*] *ἤριπ'* GSV. *ἔριπ'* Ald. Iu. 1. Bas. 1. Ut hoc loco *ἤριπε* repetitur, ita ap. Hom. saepius *ἔπεσεν* et *πέσεν* ut Il. XIII, 181. Quae sequuntur, saepissime in Homericis carminibus leguntur.

424. *εἴασε*] *εἴλασε* V. *ἴασε* C. *ἔισε* (sic) m. — *ταλακάρδιος* ab Hesych. II, p. 1540 explicatur »*τλητικὸς, ὑπομονητικὸς κατὰ τὴν καρδίαν.*« Non est apud Homerum.

425. *Ἄρην ἐπιόντα*] *ἄρηα προσιέντα* DGV Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. 2. (*προσιέντα* Steph. mg.) *ἄρεα προσιέντα* S. *ἄρηα προσιόντα* ACLP. *ἄρην προσιόντα* Bog. Schmidt. *ἄρην προϊέντα* K. *ἄρην προϊόντα* IM. — Diac. »*ἐπιτηρήσας τὸν βροτολοιγὸν ἄρην ἐπιόντα καὶ ἐπ' αὐτὸν ἐρχόμενον.*« Inde Trinc. Steph. et reliqui hanc vocem acceperunt, quam etiam B exhibet. — »*Ἄρη ἐπιόντα*« Heinr. in exemplo suo. — *ἐπιόντα, προϊόντα* et *προϊοντα* commodam sententiam praebent; *ἐπιόντα* vero praeferendum videtur.

426. *ὁρῶν*] *ὁρᾶν* C. *ὀρῶν* B. — *ὄσσοισι*] *ὄσσεσι* S. *ὄσσοισι* V Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. — *σώματι*] *σῶμα τι* Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. 2. In G gl. »*πτώματι.*« *κύρσας*] cfr. Hom. Il. XXIII, 425 »*ἅρματι κύρσας.*«

427. *ὅς τε*] *ὥς τε* Trinc. — *ἐνδυκέως*] *ἐνδυκαίως* S. *ἐνδικαίως* C. *ἐνδοκέως* I. In G gl. *δυκέως· ἐπιτερῶς* v. supr. p. 40. Dicta est haec vox, ut in Hom. Od. XV, 109. — *ὀνύχεσσιν*] Ita B et Trinc.; reliqui *ν* pro consuetudine sua omittunt. *ὀνύχεσι* m.

428. *σχίσσας*] *σχίσας* ABFGIKmV Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. 2. *τίσας* CS mendose. cfr. Theocr. XXV, 277 »*δέρμα λέοντος ἀνασχίζειν ὀνύχεσσιν.*« — *ὅττι τάχιστα*] *ὅττι μάλιστα* FHIMm. Alterum illud habet Diac. cum reliquis libris, idque praeferendum

est. — *ὅτι* C Iu. 2. — *ἀπηύρα*] *ἀπηῦρα* B. Diac. »*ἐκόρεσε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*« tanquam legisset »*μελίφρον' ἀρέσσατο θυμόν*« vel simile quid.

429. *ἐμμενέως*] Sic libri omnes, eaque vox legitur in Theogon. 712 »*ἐμμενέως ἐμάχοντο*« et explicatur in Hesych. I, p. 1195: »*Ἐμμενέως· προθύμως· βιαίως.* — *Ἐμμενέως* (cod. *ἐμμενάως* p. 258 Pauw.) *προθυμούμενος. ἐρρωμένως.*« Diac. »*πίμπλαται δὲ ἄρα καὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς κόρον*« et gl. in F. »*ἐμμενέως δ' ἄρα τοῖγε· ἐπειγομένως, προθύμως, ὡσανεὶ ἡ καταπληκτικὴ αὐτοῦ ψυχή.*« Primus vero Heinrich. locum mutavit scripsitque »*ἐν μένεος*«, coniecturam sequutus Io. Friderici de Meyer, quam exemplorum nube firmavit, p. 219 seq. (quibus addidit in mg. Od. XIII, 417) suoque iure et poetae consilio confisus, et dicendi ratione apud Homerum vulgari. Eandem scripturam probaverunt Heyn. ad Il. XX v. 172, Schneid. in Lex. Gr. s. v. et Herm. Opusce. I. I. p. 217, in textum recepit Boisson.; Dind. denique et Goettling. *ἐμ μένεος* ediderunt, ut praeter unam litterulam nihil mutandum fuerit. »Legit Heyn. *ἐν μένεος* pro corrupto *ἐμμενέως* ad Il. XX. v. 172. Est eadem loci emendatio, quam cum Viro illustri iam ante hos decem annos (1795) communicaveram« Heinr. — Praeclara profecto haec est emendatio, quam toto animo amplectimur. *τοῦ γε*] *τοῖσι* GOSV male. Diac. »*τοῦγε.*« *κελαινὸν*] gl. G. *ἄγριον: καταπληκτικόν.* — *πίμπλαται*] *πίμπλατο* G K O S V. *πέμπληται* F I M m.

430. *γλαυκιόων δ'*] *δ'* om. A. De voce cfr. scholl. ad Il. XX, 172. Hesych. I, p. 833. — *ὅσσοις*] *ὄσσοισι* contra metrum A B C F G m S V. — *δεινὸν*] abest a C. — *τε καὶ*] *καὶ* B (*τε* om.) — *ὤμους* de corpore reperto, non de leone temere intellexit Diac. Sed v. Plin. N. H. VIII, s. 18. »Leonum animi index cauda, sicut et equorum aures; in principio terra verberatur, incremento terga, ceu quodam incitamento flagellantur.«

431. *οὐρῇ μαστιόων*] »*Ἀλκαῖα, ἡ οὐρὰ, κυρίως*

ἡ τοῦ λέοντος διὰ τὸ εἰς ἀλκὴν αὐτὸν τρέπειν· ἔχει γὰρ ἐπὶ τῇ οὐρᾷ κέντρον, ἀφ' οὗ παροξύνεται, καθώς φησιν ἱερώνυμος καὶ ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήσει ἀσπίδος Ἡσιόδου« Etym. Gud. p. 36, 13 seqq. Haec verba primus Kusterus protulit ad Suidam s. v. *ἀλκαία* (cfr. Bernh. p. 226, qui recte Ὑπομνήματι correxit); deinde Ruhnken. ex Ms. Bibl. reg. in Epist. Crit. p. 104, et Bekker. ex cod. 2630 ad Etym. M. p. 724. Prior pars Methodii esse videtur cfr. Etym. M. p. 66, 8; posterior, nominibus virorum doctorum omissis, vel accuratius nota erat ex scholl. Venn. p. 537, a, 12 seqq. — *μαστιόων*] Haec scriptura in plerisque libris reperta, A C F G I K L Mm S T V cod. Paris. 2834 et 2835, (in quo tamen *σταστιόων* legitur) et ex Trinc. in Steph. exemplum translata, ita ad reliquos propagata est. Praeterea *μαστιχόων* legebatur mg. K BD Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. 2. Steph. mg. Schmidt. et *μαστιγόων* contra metrum primum, quantum scio, apud Bog., deinde ap. Steph. in Thes. s. v., ubi scripturae suae *μαστιόων* omnino non meminit, postea ap. Com. Heins. Graev. (ex P.) Cler. Robins. Loesn., denique ap. Heinrich., qui in suo exemplo postea *γ* delevit. — *μαστίζων* Wintert. recepit e coni. infelici. — Quod libri commendant, *μαστιόων* veram videtur poetae manum ostendere, ut visum est Heynio quoque Hom. Il. T. VIII, p. 43. — Gl. G. »*μαστιόων· μαστίζων*« ut Diac. — *ποσσὶ*] *ποσσιν* A. *ποσὶ* B G K V. — *γλάφει*] *γράφει* I Mm. *γλύφει* utrumque male. gl. G. »*κοιλαίνει, κόπτει.*« Hesych. I, p. 835 »*Γλάφει· γλύφει. ὀρύσσει. κοιλαίνει*« et »*Γλάψαι. κοιλάναι. γλύψαι. ἐκτρίψαι. σκαλεῦσαι. βαθῦναι.*« Sed mirum profecto, quod accusativus deest, v. Wolf. supr. p. 106. — *αὐτὸν*] *αὐτοῦ* H Robins. Loesn. non male; nec tamen necessarium est ita scribere. Diac. *αὐτὸν* habuit et cum *ἰδὼν* coniunxit.

432. *ἐξάντα*] Libri scripti et editi *ἐς ἄντα*. Pessime B. *ἐξ ἐναντίας* et in mg. *γρ. ἐς ἄντα*. Una

voce, ut Wolfius, exhibent Heinr. mg., Dind. Goettl.

433. *Ἀμφιτρυωνιάδης*] *Ἀμφιτρυωνείδης* L. *Ἀμφιτρυονιάδης* Trinc.

434. *ἔστη Ἄρηος*] *ἔστιν* ap. Diac. nihil nisi menda est, neque ab Heinsio, neque ab Heinrichio correcta. Voluit Trinc. *ἔστη* edere. — *ἄρεος ἔστη* BFGHIKMmOSV Trinc. *ἄρηος ἔστη* B. Vulgata praestantior. — *θάρσος*] *θράσος* D Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. 2.

435. *ἤλυθεν*] *ἤλυθ'* A. — *ἀχνύμενος κῆρ*] *ἀχθόμενος κῆρ* FHIMm, minus bene. — *κήρ* C.

436. *δ' ἰάχοντες*] *δ' ἰάχοντες* B. — *ἐπαλλήλοισιν* V.

437. *ἀπαὶ*] *ἀπὸ* ABCFGIKmOSV tres Flor. ap. Lennep. Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. Schmidt. Wintert. Dind. Goettl. Herm. Orph. p. 703. *ἀπαὶ* ex Trinc. receperunt Bog. Steph. Com. Heins. alii. *ἀπὸ* retinendum esse, iam Wintert. docuit. — *ὀρούσῃ*] Ita (sed iota non subscripto nonnulli) AT Neap., duo Flor., et Par. 2678 ap. Lennep. Trinc. Iu. 2. Steph. mg. Guiet. Heinr. Boiss. Goettl. *ὀροῦσθαι, σα* superscr. F. *ὀροῦσσα* IM. *ὀροῦσας* m. Reliqui *ὀροῦσα*, ut CGKSV Ald. Iu. 1. Bog. Bass. Steph. usque ad Gaisf. et Dind. — Provocant plerique ad Diac. testimonium, cuius ap. Trinc. haec verba sunt »*ὥςπερ δέ φησιν ὅτε ἀπὸ ἐξοχῆς μεγάλου ὄρους ὁρμήση* (sic) *πέτρα κυλίεται μακρὰ πηδῶσα.*« sed unus Guietus observavit, particulae *δὲ* apud eum nullum vestigium esse, et propterea scribendum putavit, *ὡς δ' ὅτ' ἀπαὶ μεγάλου πέτρη πρηῶνος ὀρούσῃ μακρὰ ἐπιθρώσκουσα κυλίνδεται.* — Mihi *ὀρούσῃ* et *μακρὰ δ'* requiri videtur. *ὄρουσα* scribitur in Hy. Apoll. 494.

438. *μακρά δ'* Ald. Trinc. Cfr. *τόσσον ἐπιθρώσκουσι* Il. V, 772. — *ἡ δέ τε*] *ἠδέ τε* mV. — *ἠχὴ*] *ἠχῇ* S »fort. *ἠχῇ*« Heinr. mg. idque legi debere, coniecit Herm. Opuscc. l. l. p. 217. Recte;

quanquam Diac. ἠχὴ nominativum habuit. Docet id sententia. Eandem corruptelam Spitzn. de vers. her. p. 55 e Nonno sustulit.

439. ἔρχεται] ἔρχετ' A. ἔρχετε (αι superscr.) M. — ἐμμεμανῖα] ἐκμεμανῖα L. ἂν μεμανῖα A. Diac. »ὁ κτύπος ἔρχεται βοῶν« quasi legisset verbum ἐμμεμακνῖα, falsus, stulta recordatione vocabuli Homerici Il. IV, 435. Hesych. »μεμακνῖα· βοῶσα« Heinr. mg. — ἀντεβόλησεν] ἀντιβόλησεν B. Horum verborum meminit Zonaras s. v. Ἄρειος πάγος p. 288 »πάγος δὲ ὁ λόφος· ὡς καὶ Ὅμηρος: πάγος δέ οἱ ἀντεβόλησεν.« Error in nomine poetae admissus est.

440. ὑψηλὸς] ψηλὸς S cfr. v. 440, ubi simili ratione ab initio litterula excidisse et inde corruptela τίσας pro σχίσας orta videtur. — συνενείκεται] συνενήνεκται C. (Mirus est error scholiastae in K, adnotantis »νεικῶ· μέλλω νεικέσω, τὸ φιλονεικῶ καὶ τὸ ψέγω.«) Hinc Herm. coniecit »τῷ δὴ συνενήνεκτ'· ἔνθα μὶν ἴσχει« Opuscc. I. I. p. 218. Sed vereor, ne scriptura codicis nihil sit nisi correctio formae insolitae, neque usquam alibi repertae. Neque propter verborum constructionem mutatione opus est, ut ipse Hermannus docuit et iam ante eum Heinrich. p. 221. — Ceterum ἔνθά μιν scribunt adeo Bog. Steph. Schmidt.

441. τόσσῃ] τόσσῃ iota non subscripto AGmV Ald. Iu. 1. 2. Wintert. — ὁ μὲν] Goettlingio accentus displicet; Hermannus l. l. eum retinet; et est retinendus. — ἰαχῇ] ἰαχὴ C. ἰαχῆ V Ald. Iu. 1. 2. Trinc. Spitzn. de vers. her. 129 seq. — βρισάρματος] βρυσάρματος B. cfr. Hymn. Hom. VIII, 1. φρισάρματος Bas. 3. — οὔλιος] οὔριος I.

442. ἐμμαπέως] ἐμματέως L. — ἐπόρουσεν] ἐπώρουσεν Iu. 2. ἐπόρυσεν K (sed mg. γρ. ἐπόρουσεν) ἀπώρουσεν V. ἀπόρουσεν Bas. 3. ἐπόρουσε A. — ὑπέδεκτο] ἐπέδεκτο C. ὑπέκδετο A.

444. ἀντίη ἦλθεν Ἄρηος] Ἀντίη ἦλθεν ἄρεος S. ἀντίη ἦλθ' ἄρεος GV. ἀντί' ἦλθεν ἄρηος FI. ἀντὶ ἡ ἦλθ' Ἄρηος Trinc.

445. *δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσ'*] Haec Hermannus corrupta esse putat; ac memoratu dignum, quod Diac. nihil habet, nisi »*δεινὸν δ' ἰδοῦσα*«, ut suspicari possimus, *δεινὰ* additum esse ad vocem *ὑπόδρα* explicandam. Hinc non male coniecit ille »*τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα*«: vel »*δεινὰ δ' ἰδοῦσα θεά*«; Possis etiam »*δεινὰ δ' ἰδοῦσ' ὅσσοισ' ἔπεα*« fingere. Sed nihil est caussae, cur de loco immutando cogitemus, qui est ad exemplum Homeri factus, Il. XX, 15 »*δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδὼν Ἥρην πρὸς μῦθον ἔειπεν.*« — *ἰδοῦσ'*] *ἰδοῦσα* CGSV. — *προσηύδα*] *προσηῦδα* BD Ald. Iu. 1. Bass.

446. *Ἄρες*] *ἄρες* V Trinc. — *ἐπίσχε*] *ἐπίσχες* CKLSTV Trinc. Goettling. iure suo *ἔπισχε* correxit. Similiter formantur *ἔνισπε* et *ἐνίσπες*, cfr. Buttm. Gr. Gr. II, p. 123 et 142.

447. *οὐ γάρ τοι*] *οὐ γάρ τι* B. — *ἐστὶν*] *ἐστὶ* S. *ἀπὸ κλυτὰ*] *ἀποκλυτα* CSV. *ἀπὸ κλητὰ* Trinc. — *δῦσαι*] *δῦσσαι* C. *δύσαι* KSV Trinc.

448. *Ἡρακλέα*] cfr. Matth. Gr. Gr. §. 24. Mihi vox trisyllaba esse videtur. — *θρασικάρδιον*] *τρασικάρδιον* T Trinc.

449. *ἀλλ' ἄγε*] *ἀλλὰ γε* FS. *μάχης*] *μάχη* Ald. Iu. 1. 2. *μάχῃ* Bas. 1. — *παῦε*] *παῦσαι* FIMm »*λῆγε μάχης*« Thiersch. coni. (his verbis adscriptis »sed cfr. Bekk. p. 150 not. in censura Homeri Wolfiani«). — *μηδ'*] *μὴ δ'* S Trinc. *μήδ'* Ald. Iu. Bog. — *ἵσταο'*] *ἔσταο'* B. *ἵστασαι* C. — *ἐμεῖο*] *ἐμοῖο* FIMm Trinc. Robins. Loesn.

450. *πεῖθ'*] *πείθ'* B. *πεῖθεν* CGOSV. *πείθετ'* H. — *Ἄρεος*] Ita plerique ABFGIKOSV Ald. Iu. 1. Bass. Trinc. *Ἄρηος* P. *Ἄρεως* Com. Heins. Heinr. *Ἄρης* H. — *μεγαλήτορα θυμὸν*] *μεγαλήτορι θυμῷ* H. »leg. e cod. Harl. *ἀλλ' οὐ πείθετ' Ἄρης μεγαλήτορι θυμῷ*. Nisi servandum *μεγαλήτορα θυμόν*. Vide Herm. ad Orph. p. 825.« Heinr. mg. Diac. »*ἔπειθε τὴν ψυχὴν τοῦ Ἄρεος.*« Equidem praefero »*πεῖθεν Ἄρεος.*« cfr. Muetzell. de emend. Theog. p. 107.

451. *μέγα ἰάχων*] *μέγ' ἰάχων* DK a sec. m. (*α* rasura deleto) Ald. Iu. 1. 2. Bass. Bog., unde Schmidt. fecit *μέγ' ἰάχχων*. *μέγαλ' ἰάχων* B. *μέγα ἰάχων* recte defendit Wintert. collato Hom. XVII, 213 »*βῆ ῥα μέγα ἰάχων*« et hiatum ait a poeta etiam quaesitum esse, ut clamoris vim intenderet. — *εἴκελα*] *ἴκελα* BCDFGKmV Ald. Iu. 1. 2. Bass. Trinc. *ἴκελα* IS.

452. *καρπαλίμως*] *καρπάλιμος*, minus bene, Ald. Iu. 1. 2. Bass. Schmidt. — *ἐπόρουσε*] *ἀπόρουσε* l. *ἐπόρουσεν* K. — *βίῃ Ἡρακληείῃ*] *βίη Ἡρακληείη* BD SiV Ald. Iu. 1. 2. correctum iam in Bas. 1. Bog. *β. Ἡρακλείῃ* m constanter.

453. *κακτάμεναι*] *κακκτάμεναι* A Boiss. *κατάμεναι* L. *κἀκτάμεναι* S. *κατακτάμεναι* FIMm. — *ἔμβαλε*] *ἔβαλλε* CL. Mire locum Goettlingius interpunxit, cfr. Herm. l. l.

454. *σπερχνὸν*] *σπερχνῶς* A (*γρ. σπερχνόν*) et lemm. Mon. v. supr. p. 40, (gl. in F »*σπουδαῖον, σφοδρὸν περὶ ἰδίου παιδὸς λυτούμενος*«). — *ἑοῦ παῖδος*] *παῖδος ἑοῦ* ABCDFGHIKLmOSV Ald. Iu. 1. 2. Bass. Bog. Schmidt. Dind. Recte igitur hoc praetulit Muetzell. in censura Goettl. Hes. l. l. p. 406. *ἑοῦ παῖδος* ex Trinc. in Steph. et ita in reliquos libros illata est. — *κοτέων*] *κοτέον* Heins. *κωτέων* Trinc. *πέρι*] *περὶ* et *περι* sine acc. (S) scribitur. *τεθνηῶτος*] *τεθνεῶτος* BIm. *τεθνειῶτος* DS Ald. Iu. 1. 2. Bass. Bog. Trinc. Steph. Com. reliqui. Heinr., qui *τεθνηῶτος* cum A in exemplo suo correxit.

455. *σάκεϊ*] *σάκει* A Heinr.

456. *ὁρμὴν*] *ὀρμὴν* B. *ἕτραπ'*] *ἔτραπεν* C. *ὀρεξαμένη*] *ἀπορεξαμένη* GOSV. *ἀπορεξομένη* Trinc.

457. *δριμὺ δ'*] *δριμὺς δ'* C. *δριμύ δ'* D Ald. Iu. 1. 2. Trinc. — *Ἄρην*] *ἄρῃ* BDKV. *ἄρῃ'* CGS Heinr. mg. *ἄρ'* FIM. *ἄρης* L. — *ἄχος*] *ἔγχος* L. — *εἶλεν*] *ἔσχεν* Trinc. Steph. mg. — *ἐρυσσάμενος*] *ἑρυσάμενος* BGIKLmSV. *ὀρεξάμενος* Trinc. Steph. mg. ex confusione huius et praecedentis ver-

sus, si non ex Diaconi interpretatione » *κινήσας*. « — *ἄορ*] *ἄος* Ald. Bas. 1.

458. *ἔσσυτ'*] *ἔσσητ'* m. *Ἡρακλέα κρατερόφρονα*] Libri omnes scripti et editi praeter Par. 2678 ap. Lennep. dativum exhibent, alii *Ἡρακλῆϊ* ut Com. alii *Ἡρακλεῖ* ut Bas. 3. Schmidt. Sed quum Diac. habeat » *ἐπὶ τὸν Ἡρακλέα* «, primus Guietus, unus accuratissimus scholiastarum perscrutator, » *ἐφ' Ἡρακλῆ κρατερόφρονα* « scribendum esse suspicatus est, quod recte Heinrich. et Goettl. probarunt reponentes, » *ἐφ' Ἡρακλέα κρ.* «; etiam Lennepio non refragante ap. Boiss. » Cf. Thiersch. Gr. ed. sec. p. 260 n. 36 « Heinr. mg.

460. *γυμνωθέντας*] *γυμνοθέντα* Trinc. — *σάκους*] *σακέος* C. *σάκευς* T Ald. Iu. 1. 2. Bass. Trinc. Bog. Steph. reliqui recte. *σάκους* est nescio unde ap. Gaisfordium. — *ὕπο*] *ἀπὸ* Guiet. *ὑπὸ* plerique, quod correxit iam Winterton. et Heinr. mg. *ὑπο* V. Hic versus additus et delendus videtur Guieto, defendendum suscepit Koeppen. *Blumenlese*, II, p. 245; nec potest deesse. Diac. » *ὁ Ἡρακλῆς — ἔτρωσεν ἰσχυρῶς τὸν Ἄρην ἐπελθόντα κατὰ τὸν μηρὸν, γυμνωθέντα τοῦ ποικίλου σάκους.* «

461. *οὔτασ'*] *οὔτ' ἄρ'* G O. — *διὰ δὲ*] *διαδὲ* C. — *σάκος*] *σαρκὸς* H I M Par. 2678 et 2854 ap. Lenn. Goettl. (*σάκος* Diac.) *σᾶκος* Bog. *σάκκος* Thiersch. cfr. supr. ad vs. 364. — *ἄραξεν*] *ἄραξε* B Ik Bog. Bas. 3. *ἄρηξεν* C e correctione, antea *ἄραξεν* — *ἤραξε* V. *ἔραζε* S Iemm. Mon. Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1.

462. *νωμήσας*] *νωμήσαν* D Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. *νομήσας* V Trinc. *νωμίσας* B (gl. Bas. *νωμήσας*). Quae de his verbis Heinrich. p. 222 dixerat, retractavit » sed vide Wesselingiana ad Herod. IV, 128 not. 69. Homericum est *νωμᾶν* cum accusativo rei. *σκῆπτρον, ἔγχος, σάκος* v. Obsvv. ad Il. III, 218, V, 594, VII, 238. « Patet, *δούρατι* non esse cum participio *νωμήσας* iungendum. Verba haecce » *διὰ δὲ μέγα σάκος ἄραξε δούρατι νωμήσας* « proscripserunt

Guiet. Heinr. Gaisf. Dind. — *κάββαλε*] *κάμβαλε* GIm. — *μέσσῃ* in C deest.

463. *τῷ δὲ*] *τῷδε* S. *τῷδε δὲ* Trinc., idemque sequentia ita exhibet: *Δεῖμος καὶ φόβος εὔτροχον* pessime.

464. *ἤλασαν*] *ἤλασεν* FMm. — *αἶψ*] om. et supr. lin. script. A; deest etiam in B, sed in mg. *λείπει αἶψ'*.

466. *μαστιέτην*] *μαστιγέτην* AL.

468. *Κύκνον*] *Κύκνου* L. — *συλεύσαντες*] *συλήσαντες* BD Ald. Iu. 1. 2. Bass. Bog. Schmidt. idque probavit Herm. Opusec. 1. 1. p. 219. *σκυλεύσαντες* AK (sed utriusque libri in margine scriptum est *γρ. συλήσαντες*) CIMS Trinc. Com. Heins. Wintert. Robins. Goettl. — Diac. »*σκυλεύσαντες* — *ἤγουν ἀποδύσαντες αὐτὸν τὰ καλὰ ὅπλα.*« Heinr. dederat idem, sed margini adscripsit »*συλήσαντες*, quod proprium est epicorum.« Non male Wolfius *συλεύσαντες* dedit, quod in libris non repertum, sed Homeri in usu est et corruptelae originem ostendit.

469. *νίσσοντ'*] *νείσοντ'* (*γρ. νίσσοντ'*) A. *νήσσοντ'* C. *νίσοντ'* S. — *Τρηχῖνος*] *τραχῖνος* B Bog. *τραχῖνον* D Ald. Iu. 1. 2.

470. *ὠκυπόδεσσι*] In B ex *ὠκυπόδεσσιν* altera manus *ὠκυπόδεσιν* fecit. — *ἀτὰρ*] *αὐτὰρ* ACGIK (a pr. m.) mSV.

471. *Οὔλυμπόν τε*] Ita libri *Οὐλυμπόνδε* Graev. Cler. Schrev. Robins. Loesn. Heinr., sed is ipse in mg. scripsit »*τε* ex Aldina«; quae scriptura vero etiam e Com. et Heins. cognosci poterat. Non debebat igitur hoc exemplo uti Lehrsius quaest. epp. p. 43.

472. *Κήϋξ*] *Κύηξ* C Iu. 2. *Κηῦξ* AFIm. cfr. vs. 354 et Lobeck. Parall. p. 102. — *θάπτεν*] *θάπτε* BCFGImSV.

473. *οἵ ῥ'*] *οἵ· γ'* Iu. 2. — *ναῖον*] *ναίων* Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. — *πόλιος*] *πόλιας* BDK a sec. m.

Ald. Iu. 1. Bas. 1. Schmidt. Winterton. *πόλειας* Iu. 2. *πόληας* ACFGIK (a pr. m.) mOSV. Diac. »*οἵτινες κατῴκουν τῆς πόλεως τῆς τραχῖνος πλησίον.*« Is igitur *πόλιος* legit, quod idem Trinc. recepit, deinde Bog. Steph. et reliqui. Quae scriptura non improbabilis est, quanquam altera etiam habet, quo commendetur, et Brunckium fautorem nacta est; *πόλιας ναῖον* iungi posset et *ἐγγὺς κλειτοῦ βασιλῆος*; sed Diaconi ratio praestantior.

474. *Ἄνθην*] *Ἄντην* Steph., quod Cler. correxit. — *Μυρμιδόνων*] *Μυρμηδόνων* C. — *κλειτήν τ'*] *κλυτήν τ'* C. — *Ἰαωλκὸν*] *Ἰαολκὸν* DS, quam formam Hoelzlin. ad Apollon. Rh. I, 959 ubique praefert, suis ipsius etymologicis rationibus ductus. *Ἰαολμὸν* A. *Ἰαμελκὸν* C. *Ἰαβηλὸν* IMm. Mirum, si talia nihil sunt, nisi scribarum errores.

475. *Ἑλίκην*] *Ἐλίκην* Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1.

476. *Κήϋκα*] *Κύηκα* CS.

477. *τοῦ δὲ*] *τοῦδε* S. — *τάφον*] om. GOV, sed V habet in mg. adscriptum. — *ἀϋδὲς*] *ἄιδες* B. — *Ἄνανρος*] gl. in F. »*Ἄνανρος ποταμὸς περὶ Ἰωλκόν, ἐμβαλὼν* (cod. *βαλὼν*) *εἰς τὰ Παγγασιτικὰ* (sic cod. sed *κ* supr. *γγ* posito), *ὡς φησι Δημοσθένης· πλείονες δὲ εἰσιν Ἄνανροι· ἐξ ὧν πάντα ποταμὸν ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι ἄνανρον· ἐν Ἄργει τε καὶ περὶ Ἰωλκὸν* (*ἀωλκὸν* cod.) *καὶ περὶ Κρήτην καὶ περὶ Ἰβηρίαν.*« cfr. Alb. ad Hesych. I, p. 546. Etym. M. p. 101, 1. Gud. 55, 55.

478. *τὼς*] *τῶς* I.

479. *ἤνωξ'*] Diac. »*ἠνίξατο καὶ ἐμαντεύσετο*« »ac si in codice suo legisset *ἠνίξ'* vel *ἤνωξ'* ab *ἀνοίγω*.« Heinr. Certe alibi quoque *ἀνώγω* et *ἀνοίγω* permutantur, ut ap. Hesych. s. v. *ἤνοιγεν*, I, p. 1642. In gl. melius »*ἐκέλευσεν*« supr. p. 40. — *ἤνωγ'* IM minus bene. De constructione vocis v. Bernh. *wissensch. Synt.* p. 92. — *ὅτι*] *ὅττι* B a pr. m. — *κλειτὰς*] *κλυτὰς* B.

480. ὅστις] Diac. »ἅπερ ἂν ἐφερέ τις.« — Πυθώδε] Πυθοιδε G, Brunck. »Πυθῶδε bene« idque Dind. recepit. Goettling. contra Πυθώδε cum Wolfio cfr. Goettl. de accent. p. 100. Lehrs. Aristarch. p. 260 et Quaest. epicc. p. 43. »Πυθῶδε corr. Fisch. ad Weller. III, 213. Pindar Isthm. I, 92 corrigente Hermanno de metris Pind. p. 340 et Boeckhio. Πυθώδ' ἐρχομένην Odyss. λ, 581. Apollon. Dyscol. de pronom. p. 372« Heinr. mg. — σύλασκε δοκεύων] σύλλασκε δοκεεύων Trinc.

EPILOGUS.

DE SCUTO HERCULIS UT FERTUR HESIODEO.

DISSERTATIO CRITICA.

Caput primum.

De libris manu scriptis et editis, quibus in adornando apparatu critico usi sumus.

§. 1.

Codicum descriptio.

Librorum MSS., quorum scripturae discrepantiam enotavimus, satis magna copia est, praestantia vero et vetustas non magna. Cuius sententiae testem quamquam eorum desiderabit nemo, qui quae collecta dedi, percurrere non dedignantur, habeo tamen auctorem locupletissimum Frider. Jac. Bastium, qui in epistola ad Heinrichium data Parisinos codices Hesiodeos omnes saeculo XIII et sequentibus scriptos esse nec ulla offerre studiorum palaeographicorum adiumenta iudicavit [1]). Idem est de reliquis libris alibi asservatis dicendum; atque eorum quidem, qui Scutum continent, nullus saeculo XIV antiquior est, nonnulli adeo ad saeculum XVI descendunt. Unde factum est, ut saepe cunctaretur

1) »*Da die meisten Handschriften des Hesiod aus dem 13ten und folgenden Jahrhunderten sind, so bieten sie für Palaeographie wenig Interessantes dar, und die blossen Schriftproben sind hinreichend,*« ex epist. Bastii, Parisiis a. 1808.

meus scribentis calamus, neque diversae scripturae colligere farraginem, sed sentinam aliquam exhaurire mihi viderer. Nec tamen poenitet absoluti negotii. Experiendum enim erat aliquando, an ex talibus etiam libris accurate inspectis excussisque et inter se comparatis aliqua certe utilitas quaeri posset. Pergo igitur eadem via et institutum ordinem persequor: hac potissimum spe fretus, fore, ut historiam criticam Hesiodeorum carminum aliquatenus promovisse dicar. Sed ut iusto ordine disputatio procedat, primum singulatim de libris MSS., de quibus certa proferre potero, exponam. Sunt autem fere hi:

I. Codex bibl. reg. Paris. 2708 (A) forma quadrata, chartaceus, saeculo, ut Koehlero visum est, XIV, ut aliis, XV exaratus. Continet 1. »*Ἡσιόδου θεογονίαν μετὰ σχολίων ἐν μαργέλῳ*« pag. 1 seqq. 2. »*Τοῦ αὐτοῦ Ἀσπίδα μετὰ σχ. ἐν μαργίλῳ*« pag. 18. 3. *Σχόλια ἕτερα εἰς τὴν θεογονίαν* f. 26. 4. »*Ἡσ. Ἔργα καὶ Ἡμέρας μετά τινων ἀποσημειώσεων ὀλίγων ἐν τῷ μαργίλῳ καὶ μετὰ ψυχαγιῶν*« (sic!) pag. 41. Deinde Moschopuli scholia in Opera et Dies, Jo. Diaconi scholia in Theogoniam f. 85, Procli sch. in Opp. et Dies f. 114, et in fine Dionysium cum Eustathio suo. Cfr. Catal. Codd. MSS. Paris. Tom. II, p. 342. Koehler. de nova ed. Hes. p. 8. Muetzell. p. 158. Bernh. Dionys. p. XXXV. Gaisf. poet. min. II, p. 11 seqq.

II. Codex bibl. reg. Bavaricae 283 (B), qui olim fuit Joannis Alberti Widmestadii, cuius nomen primae paginae inscriptum legitur. Est chartaceus saeculi XV. Continet 1. Hesiodi Theogoniam cum scholiis. 2. »*Ἡσιόδου πόνημα περὶ τῆς ἀσπίδος τοῦ Ἡρακλέους*,« cum argumento, quod iam ab Aldo editum est: »*Τάφιοι στρατεύσαντες*« cett. et glossis interlinearibus, fol. 47 — 57. 3. »*Τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων Ἰωάννου διακόνου τοῦ πεδασίμου* (sic) *σχόλια παραφραστικὰ εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου ἀσπίδα.*« f. 58 — 66. 4. *τοῦ Βουλγαρίας χαρτοφύλακος πόθου* (sic) *τοῦ καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων κύρου Ἰωάν-*

νου διακόνου πεδιασίμου τεχνολογία εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου ἀσπίδα. « f. 67 — 70. 5. » *Διονυσίου οἰκουμένης περιήγησις* « cum scholiis quibusdam interlinearibus et paraphrasi. 6. » *Εὐσταθίου διακόνου πρὸς τὸν πανσεβέστατον δοῦκα κύριον ἰωάννην ἐπιστολὴ· ἐπὶ ταῖς διονυσίου τοῦ περιηγητοῦ παρεκβολαῖς.* « Eustathii commentarium in Periegesin Dionysii. In fine libri haec verba leguntur: » *μηχαῆλος ἀποστόλης βυζάντιος μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς ἱερᾶς πατρίδος αὐτοῦ πενίᾳ συζῶν καὶ τόδε τὸ βιβλίον ἐξέγραψεν, ἄνευ μέντοι μισθοῦ.* « cf. Ignat. Hardt. in Catal. codd. mss. Graec. bibl. reg. Bavaricae, t. III, p. 189. Bernh. l. l. p. XXXII. — Quae hoc in libro additae reperiuntur glossae interlineares (gl. b) — ut iam nunc hanc quaestionem profligem — earum maximam partem ex Diaconi scholiis descriptam esse, primo adspectu patet. Pauca apponam exempla, ex quibus simul cognosci possit, quam perversa saepe res instituta sit ratione. In vs. 157 Diac. » *ἄλλον μὲν ἔχουσα νεότρωτον, ἄλλον ἄτρωτον* «; gl. interlin. » *νεού*) *νεώ τατον*) *τρωτον ἄουτον*) *ἄτρωτον* « Ad vs. 277 » *τῆσι δὲ χοροὶ παίζοντες ἔποντο* « gl. interl. » *χοροὶ*) *ἄλλοι παίζοντες*) *χορεύοντες* « ex Diac. » *ἐν ταύταις δὲ ἄλλοι χορεύοντες εἵποντο.* « — Ad vs. 321 gl. » *δίφρου*) *λείπει, ἐπεὶ ὡπλίσθη ὁ ἡρακλῆς ἀνέβη* « Diac. » *ἐπεὶ δὲ ὡπλίσθη ὁ Ἡρακλῆς ἀνέβη εἰς τὸν δίφρον.* « Interdum adeo, si alia est in Bav. scriptura, quam apud Diac., nihilominus addita reperitur Diaconi interpretatio. Ita in vs. 212 B *ἐφοίτων* exhibet, sed addita in margine glossa » *ἀντὶ τοῦ ἤσθιον* «, quae est vox h. l. a Diacono usurpata. Praeterea levissimarum harum glossarum auctor interdum usus est scholiis technologicis Diaconi, (uterque vs. 4 » *ἐκαίνυτο· ἐκαινούργει, ἐκόσμει* «; vs. 29 » *ἀλφηστής· ὁ διανοητικός* «; et vs. 281 » *κώμαζον· ἐτραγώδουν* «) et nonnulla ex iis desumpsit, quae sub Tzetzae nomine feruntur, ut ad vs. 27 » *ὁ Ζεὺς ἰδὼν τὰς κακίας τῶν ἀνθρώπων πληθυνθείσας ἤθελεν* « cett. et ad vs. 272 » *οἱ μὲν ἔπαιζον, ἄλλοι δὲ ἐφ'*

ἁμάξης νύμφην ἀνδρὶ ἔφερον.« Itaque bonae frugis paene nihil in linearibus hisce glossis exstat.

III. »Codex Vitebergensis (C) bombycinus continet Lycophronis Cassandram cum commentariis Tzetzae, Aeschyli tragoedias tres, Hesiodi Opera et Dies ac Scutum Herculis, initium Euripidis Hecubae, Cleomedis κυκλικὴν θεωρίαν. In fine minio subscripti hi versus:

τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις:
τὸ δεύτερον σκέπεις με, τὸ τρίτον φάος:
ἐξευμένιζον τὴν διπλήν μου πεντάδα.«

Haec Hermannus.

IV. Codex bibl. reg. Paris. 2551 (D) chartaceus, saeculi XV, qui inter multos libros diversi argumenti et Scutum Hesiodi et Theogoniam continet, cf. Catal. Codd. Mss. Paris. II, p. 521.

V. Codex bibl. reg. Paris. 2775 (E) membranaceus et omnium, quos Koehlerus contulit, antiquissimus. Ea laus tamen nonnisi ad Hesiodi Opera et Dies pertinet, cum Jo. Tzetzae scholiis descripta, non ad Scutum, de quo »In fine libri« ait »pauca folia sunt, in quibus Scutum Herculis alia manu scriptum legitur, cum parte scholiorum, quae in editione Heinsiana Tzetzae nescio quam vere tribuuntur. Sed haec mihi parum profuere: neque enim poema ipsum integrum, et literarum ductus ita fugientes, ut haud raro oculos meos effugerent.« Continet enim 307 versus neque ullum habet lacunae signum. Simile quid Imm. Bekkerus de Arati Codice Casanatensi O. Praedicatorum Minoritanorum (Arat. p. IV.) enarrat, cui insunt praeter Theogoniam Scuti versus 321, scripti illi a recentiore manu.

VI. Cod. bibl. reg. Paris. 2772 (F) Koehlero auctore, saeculo circiter XIV in charta dentata scriptus (bombycinum Bredovius vocat Epist. Pariss. p. 44) qui continet 1. Hesiodi Opera et Dies cum Moschopuli scholiis. 2. Scutum Herculis (f. 45 seqq.) cum scholiis et paraphrasi in versu 415 de-

ficiente, a Koehlero descripta, a me nunc primum edita p. 41 — 65, quam ille Moschopuli esse sine idonea caussa suspicabatur. 3. Scholia in Theogoniam, (f. 104) inedita quidem, sed allegorica et nullius pretii. 4. Dionysium Periegetam cum scholiis. In extremo folio scriptum est »ἡ παροῦσα βίβλος ἐστὶν ἐμοῦ γαρίνου βεροναίου.« cfr. Bernh. Dionys. p. XXXIV, Catal. Mss. Paris. p. 540.

VII. Cod. bibl. reg. Paris. 2833 (G) membranaceus, sed recens, saeculo fort. XIV elegantissime scriptus. Habet praeter alios poetas minores Hesiodi carmina, quae aetatem tulere omnia, cum scholiis quibusdam Proculi et Moschopuli, pleramque partem editis. Koehlero iudice admodum vitiosus est, cfr. Catal. Mss. Paris. p. 545.

VIII. Cod. Harleianus Robinsoni (H), de quo ille »Scuti Herculis unus, quem sciam, Codex est in Anglia: ille autem in Bibliotheca pretiosissima Nobilissimi Comitis Oxoniensis conservatur.« Contulit Thomas Hutchinson. cfr. Codd. Harlei. T. III, p. 290.

IX et X. Codd. Moscovienses Synodalis bibliothecae b (I) et c (K). »Apparatus ad Hesiodum Moscoviensis, collectus olim cura Christ. Frid. de Matthaei, posteaque emtus et illatus in Bibliothecam Electoralem, nunc Regiam Dresdensem, unde is mense August. a. 1804 praeclaro studio et erga me benevolentia Dassdorfii, celeberrimi dignissimique Bibliothecae Regiae Praefecti, mecum est communicatus. — Codex b num. 284. est membranaceus SS. Synodi in quarto, sec. XIV aut XV. — Codex c. num. 374. in octavo, membranaceus saec. XIV.« Heinr. Codex b scholia non habet; sed ut Heinr. tradit, in primae partis ligaturae pagina secunda codicis c de Taphiis legitur narratio, quae in Aldino exempl. repetitur ὑποθέσεως loco. In eodem libro ante Scutum leguntur ista, quibus quodammodo similia habet Aldus post finem Scuti. Est introductio seu ὑπόθεσις, quam ex

Cod. Vratislav. Rehdig. pag. 41 seqq. Heinrichius primus publicavit. Praeterea nonnullos versus Apollonii bis habet codex, primum in secundae partis ligaturae pagina prima cum scholiis Graecis, deinde ante Scutum in margine codicis. In eodem codice post Scutum et ante Theogoniam leguntur Ἡρακλέους ἆθλοι, vid. Palaephat. edit. Tollii, in notis p. 211. — »Hesiodi Codd. Mosquenses tres Theogoniae bibliothecae Synod. Matthaei commemoravit, V. L. Homer. p. 146. ad Syntipae fabb. 1781 et ibid. p. 140 duos Codd. Scuti se contulisse ait. Nuper in Codicum Graecorum Mss. bibliothecarum Mosquensium Sanct. Syn. notitia et recens. (Lips. 1805) recensuit Codd. p. 62, 148, 185, 242, 301.« Heinr.

XI. Cod. Cantabrigiensis (L) »recentissimus et mendosissimus, licet optimarum lectionum vestigia subinde exhibeat in bibliotheca coll. Emmanuel. Cantabr. servatus.« Gaisf. praef. p. IX. Muetz. de em. Th. p. 159. Contulit Blomfieldus.

XII. Codex Mediceus (M), cuius collationem inter libros Dorvillianos servatam Gaisfordius publici iuris fecit, cfr. praef. p. IV et p. 197. (p. XII et p. 144 ed. Lips.). Muetzellio de emend. Th. p. 157 visus est ab Dorvillio usurpatus cod. Laurentianus, quem Bandinius in plut. 31. n. 20 repositum consignavit Catal. Codd. Laur. Tom. II, p. 91. Is scriptus est saeculo quinto decimo et Theogoniam cum Scuto continet. Collatus est ad exemplum Iuntinum alterum.

XIII et XIV. Codd. Parisini (m N) nescio quibus numeris signati, a Fr. Thierschio collati.

XV. Cod. bibl. reg. Paris. 2763 (O) saec. XV a Ruhnkenio collatus. Descripsit Gaisford. ex margine ed. Heinsianae 4to. N. 116 in Bibl. Acad. Lugdunensis, cfr. ei. Poett. minores. T. III, p. 547. Catal. Par. T. II, p. 550. Muetzell. de emend. Th. p. 159.

XVI. Cod. Palat. Commelini (P) accuratius mihi quidem non notus.

XVII. Cod. Schellershemianus sive Florenti-

nus (S) bombycinus, saec. XIV, ut videtur, aut XV, accurate exaratus; Iota subscriptum ubique omittitur, raro illud manu correctoris additum. μὲν et δὲ duobus accentibus gravibus instructae, cf. Bast. Comment. palaeogr. p. 824.

XVIII. Codex Venetus 464 chartaceus in quarto, manu Demetrii Triclinii scriptus annis 1316. 1320. Cuius rei accuratam notitiam debemus Jac. Morellio, de libris Venetis, qui Trincavellianae editionis fontes fuerunt, disputanti in Commentatione, quae inserta est Wolfii Anall. Litt. [2]) Vol. III, p. 263—269. Fuit quidem, quum illud ipsum mihi accurate indagandum videretur, num vere liber Triclinii manu scriptus esset, an alius hominis diligentia ex Tricliniano libro expressus. At quum Morellius, vir neque imprudens et harum rerum scrutator peritissimus sine ulla dubitatione rem narraverit, ac Goettlingius V. Cl., quem hac de re consului, nullam esse dubitandi caussam in epistola ad me data significaverit, horum virorum auctoritate commotus, omnem abiiciendum esse erroris timorem putavi. Certa igitur quaedam exstat temporis notatio, quam in historia librorum Mss. condenda merito sequimur. Quod nobis hoc pluris esse debet, quia indolem huius libri cum ex Goettlingii collatione, tum ex Trincavelliano exemplo novimus; quanquam Trincavellus, Morellio iudice, non hunc ipsum librum, sed codicem Venetum 480, Bessa-

2) Occasione hac mihi utendum est, ut Heinrichii meritum aliquod patefiat, quod Wolfius reticere non debebat. »Scripsit manu sua Jacobus Morellius, et Venetiis ad me misit, quum eum per Adlerum literis adiissem, precatus, ut de Hesiodi Codd. Venetis me certiorem vellet facere, addiditque simul donum Voluminis I Bibliothecae suae Manuscriptae: mense Novembri 1805. C. F. Heinrich.« Haec verba Heinr. Commentationi illi Morellianae sua manu subscripsit. Habet autem ea hunc titulum: »Ex tomo secundo adhuc inedito Bibliothecae Manuscriptae Jacobi Morellii Bibl. regiae D. Marci Venetiarum Praefecti, de Codicibus Mss. Hesiodi in hac asservatis.« quem ipsum Wolfius typis exscribendum non curavit. Ceterum in rebus nullius momenti Wolfius interdum Morellium emendavit. Quae in Anall. sequitur de libris Trincavellianis enarratio, patrio sermone conscripta et a Fr. Aug. Wolfio in Latinum sermonem translata est.

rionis iussu, fort. a Joanne Rhoso, cfr. Bekk. praef. ad Arat. p. IV, ex Tricliniano codice descriptum typothetae tradidit. — Ceterum v. Zanett. et Bongiov. Marci biblioth. p. 246.

XIX. Cod. Vratislaviensis Rehdigeranus (V), quem primus Heinrichius contulit. Exstat in bibliotheca Rehdigerana, membranaceus, saec. XV (scriptus 1488) forma quarta. Continet 1. Orphei Argonautica. 2. Dionysii *περιήγησιν*. 3. Apollonii Rhodii Argonautica. 4. Scutum Herculis, cui *ἆθλοι Ἡρακλέους* additi sunt. 5. Theogoniam. 6. Arati Phaenomena, cfr. Crantz. Catal. Codd. Rehd. p. 173. Buhl. ad Arat. vol. I, p. XI. XII. Heinr. ad Hesiod. p. XXVIII.

XX. Codex Monacensis (Mon. sch.) 91 chartaceus, saec. XVI. cfr. Hardt. Catal. codd. mss. Gr. bibl. reg. Bavar. T. I, p. 494. Continet is praeter multa alia »*Σχόλια παλαιὰ τῶν πάνυ δοκίμων εἰς τὴν ἡσιόδου θεογονίαν, ἀσπίδα, ἔργα καὶ ἡμέρας*« quorum quae ad Scutum pertinent a versu 144 Hermannus descripsit, cfr. supr. p. 30; quae praecedunt, Fr. Thierschio accepta refero [3]).

---

3) Sed accepi ea, quo tempore iam scholia omnia typis descripta erant, ut non possem suo quaeque loco inserere. Quare ne quid desit, quod usui esse possit, hoc loco potissima adiungam. — In vs. 1. ἢ οἵη etc. usque ad εἴρηται. Sequitur deinde Argumentum Heinrichii alterum p. 40, paucis mutatis, (εἰς ἄρην pro εἰς ἔρην) usque ad haec verba »καὶ ὑπέσχετο αὐτῇ τοῦτο ποιήσεσθαι« unde apparet, Bass. Heins. et Heinrich. non bene illud argumentis addidisse. 3. λαοσσόου· τοῦ σώζοντος τὸν λαὸν. ἢ σωοῦντος (sic) καὶ διοικοῦντος. — 7. ἀπὸ κρᾆθεν· ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. 8. τοῖον ἄῃθ'· τοιοῦτον ἄνθος καὶ κάλλος ἐπέκειτο. 11. ἢ μήν οἱ· τὸ δεύτερον πρῶτον εἶπεν· ἔδει γὰρ εἰπεῖν πρῶτον· ἢ μήν οἱ πατέρ᾽ ἐσθλόν· ἡ δὲ καὶ ὡς κατὰ θυμὸν ἑόν (sic). ἢ καὶ καλλίστη ὑπάρχουσα· ἄκων δὲ αὐτὸν ἀνεῖλεν ἐν τῇ ἐναντίᾳ ἑστῶτα παρατάξει, καὶ τοὺς ἀστειάδας ὁμοίως ἀνεῖλεν etc. 19. ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων· τούτους γὰρ — ἕνεκα γὰρ βοῶν μάχη συνεκροτήθη. οἱ αὐτοὶ δέ εἰσι Τάφιοι καὶ Τηλεβόαι. Τάφιοι μὲν ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς νήσου. Τηλεβόαι δὲ ἀπὸ τοῦ προηγησαμένου ἢ ὅτι τῆλε βάλλουσι τοὺς βόας. 20. διέκειτο· ἔδοξε. 28. ἄλλην μῆτιν ὑφαίνει· οὗτος μὲν οὕτως ἐνεθυμεῖτο, — βοηθοῦνται γὰρ καὶ θεοὶ ἀδίκου ἀποκτεινομένου.« 29. ἀρῆς ἀλκτῆρα· βλάβης ἀποδιώκτην. 30. βυσσοδομεύων· ἐν βάθει διαλογιζόμενος, καὶ κεκρυμμένα βουλευόμενος ἢ ἐνθυμούμενος. — 41. αὖντο· ἐφείλκετο. 44. πόνον ἐκτολμήσας· γρ. ἐκτολυπεύσας ἀντὶ τοῦ διαφυγών, τελειώσας. 50. οὐκ᾽ ἐθ᾽ ὁμά· οὐχ ὁμοίους ἔχοντε λογισμούς. 55. κεκριμμένην γενεήν· κεχωρισμένην

Horum librorum alios accurate collatos accepimus, ita ut paene nihil nos fugiat, quod et diversae scripturae et mendorum inest, ut ABCFGIK MmV, alios vero licet non eadem diligentia enotatos, tamen ita excussos habemus, ut certam possimus de singulis sententiam ferre, ut DEHLPST. Tamen saepe me dubium haesisse, non nego, sicubi qui libros contulerunt nihil diversitatis indicassent. Quod quidem verbi caussa de cod. Mediceo intellectum volo. Nam non mirum esset, si Dorvillius, qui scripturae discrepantiam magis in suum usum, quam in usum aliorum enotavit, non minima quaeque margini adscripsisset. Testimonio vero esse videbatur errorum multitudo, qui in Iunt. 2 reperiuntur, ex Aldino libro in Iuntinum translati: horum enim vestigia etiam in cod. Mediceo reperta esse, vix mihi persuadere poteram. Hinc mihi necessitas nata est, accurate integram exhibendi scripturae diversitatem, quae est in Iunt. 2; ut in apparatu meo, ubicunque nihil de libro Mediceo dictum reperis, ex commemoratione libri Iuntini videas, quid c. Med., si recte Dorvillius tacuit, exhibeat. Sed multum incommodi res non habet: quia libri cod. Mediceo simillimi exstant, quibus ducibus plerumque firmissimis uti licet. Aliud genus dubitationis rarius quidem erat, sed molestius. Quum enim initio mihi gratissimum fuisset, quod plures potioresque libros a pluribus collatos accepe-

---

γενεήν, ὁ μὲν γὰρ ἐκ θεοῦ, ὁ δὲ ἐξ ἀνθρώπου. In schol. ad vs. 57 convenit cum A, quod signum p. 26 not. 6 in fine excidit, nisi quod recte habet »*ἐγγίνεται δὲ*.« — 62. *χηλῆσι· ταῖς ὁπλαῖς.* 64. *ἀμφαράβιζον· περιήχουν.* 66. *δηϊώσειν· τεμεῖν. ἀρητιάδην· τὸν υἱὸν τοῦ Ἄρεος· Ἄρης γὰρ Ἄρητος καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀρητιάδης.* 80. *ἤλιτεν· ἥμαρτεν.* 83. *εἰς κρείοντα καὶ ἡνιόχην· οὗτοι θηβῶν βασιλεῖς, οἷς ἐπεξενώθη ὁ ἡρακλῆς.* 85. *τίον γὰρ τηλόθι μᾶλλον· γρ. τίον δ' ἄρα κηρόθι μᾶλλον.* 88. *οὔτε φρένας· γρ. οὔτε φυήν.* 101. *ἀᾶται· πληροῦται.* 104. *Ταύρεος ἐνοσίγαιος· ἀπὸ τοῦ* etc. 109. *ἀμπελάσαντες· πλησιάσαντες.* 116. *ἄρμενα· ἡρμοσμένα· καθήκοντα.* 120. *ἵππον ἀρίονα· ὁ αὐτὸς* etc. 128. *ἀρῆς ἀλκτῆρα· τῆς πλάνης ἀποσοβητήν.* 131. *λαθηφθόγγοιο.* 134. *καλυπτόμενοι· ἐπτερωμένοι ἦσαν.* Sequitur nova inscriptio: *ἀρχὴ τῆς ἀσπίδος.*

ram: postea idem illud interdum quidem difficultates creavit. Non solum enim viri illi docti se adiuvabant invicem, quum alius aliam libri scripturam oculis animadvertisset et notasset, sed etiam sibi repugnabant, ita ut quod alter affirmabat, negaret alter. Ubicunque id factum est — factum autem est rarissime — utrumque notandum duxi, testis nomine addito. Sed etiam hac in re me adiuvit, quod similes habebam libros et quid verum esset, ipse coniicere poteram.

§. 2.

Scholiorum origo.

Quae de aetate librorum manu scriptorum significavimus, quorum nullus est, qui saeculum quartum decimum antecedat: alia nos cogunt antiquiora, si fieri possit, rerum criticarum adiumenta conquirere. Ea vero non exstant, nisi in scholiis, quorum aliqua ipsis hisce in libris copia nobis facta est. De his igitur prius agendum, quam de carminis forma, qualem libri praebent.

Ac primum quidem pauca verba de Argumentis dicenda sunt, quae semper fere in scholiorum societatem vocanda esse puto. Duplex autem potissimum superest enarratio, altera, quam ex codd. AEF dedimus p. 21, quaeque etiam in Tricliniano et Cantabrigiensi codice, sed ornamento suo privata i. e. sine scholio illo celeberrimo, quod non immerito Ruhnkenius pereruditum vocavit, reperitur; altera vero, quam Heinrichius primus ex cod. V edidit, p. 41, Ruhnkenio iam notam, ut ex Epist. crit. p. 102 recte ab Heinrichio colligitur, (ut verisimillimum est, ex O) et iam prius a Koehlero ex G et postea a Matthaeo ex K descriptam. Illa prudenter instituta Hesiodeo cum carmine, cui praemissa est, optime convenit, ha-

betque aliquam cum Pherecydea narratione similitudinem, cfr. supr. p. 21, not. 6, et videtur propterea antiquior esse, ita ut vix me ab coniectura cohibeam, Aristophanem Byzantium eius auctorem esse; haec contra posterior tota indole et sua cum scholio Apolloniano similitudine peiorem sese recentioremque prodit, cfr. Heinr. p. 44 et supr. p. 139. Utrumque tamen argumentum secum coniunctum habet scholion istud, de quo dixi, et ita quidem scriptum, ut primo communis fontis vestigium aliquod in numerorum corruptione *ν' καὶ στ'* supersit, deinde vero etiam, ut alterius aetas recentior ex additamento Aristophanis nomini subiuncto »*οὐχ ὁ Κωμικὸς, ἀλλά τις ἕτερος Γραμματικός*« facile cognoscatur.

Suspicari igitur iam ex enarrationibus licet, nostrorum scholiorum esse aliquam certe partem antiquioribus temporibus natam: idque ipsorum scholiorum indole confirmatur. Sunt enim scholia nobis servata, partim vetera, partim recentissimae originis; quorum illa Ioannis Tzetzae nomine falso circumferuntur. Postquam enim Trincavellus ex Tricliniano libro primus scholia Graeca ad Hesiodum evulgaverat, aliud scholiorum volumen in Basileensi exemplo editum est, in quo p. 214 seqq. scholia in Scutum exstant, hoc titulo inscripta »*Τοῦ αὐτοῦ Τζέτζου ἐξήγησις εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Ἀσπίδα*« sed licet mihi hac quidem in caussa iisdem uti verbis, quae Muetzellius, qui primus viam munivit, de emend. Theog. p. 301 usurpavit »Tzetziani ingenii, quo vix ullum et plenius innotuit et ad deprehendendum est facilius, ne levissima quidem vestigia dignoscere licet.« Nec erroris caussa occulta est. Quum enim in eodem codice Tzetzae commentarius in Opera et Dies legeretur, quem ille ex Proculi thesauris surripuerat, credebat aut librarius aut, quod verius esse puto, scholiorum editor Basileensis, reliqua omnia eidem Tzetzae deberi. Qua in re vehementer erra-

vit. Nam in nullo libro Tzetzae nomen legitur, quanquam scholiorum aut pars aut tota farrago in pluribus reperta est, ut in AEFG et in cod. Mon., in quo recte illa »Σχόλια παλαιὰ τῶν πάνυ δοκίμων«, nominantur. Maxima tamen caussa est ipsa scholiorum indoles. Testantur enim imprimis vetustatem, quae ex Heraclide Pontico ad vs. 70, Ariaetho ad vs. 120, Glossographis ad vs. 216 et Seleuco ad vs. 415 laudantur. Testantur scholia prudentissima, quale illud est ad vs. 384 quo Homerus et huius carminis auctor inter se conferuntur. Testatur denique horum scholiorum comparatio cum Diaconcis, quanquam non negaverim, his quoque veteribus multa admixta esse recentiora et ex parte turpia. Postremo reticeri non debet, nonnulla horum scholiorum quae Tzetzae eripuimus, iam descripta esse ab auctore Etym. M., Symeone. Nam conferas velim, quaecumque in App. critico ex Etym. M. adscripsi; in poetae verbis afferendis interdum a nostra scriptura recedit et meliora affert, ut in vs. 397, in explicatione vero singularum vocum, quas attulit, tam accurate plerumque cum scholiis nostris convenit, ut ubi haec corrupta sunt, vel certe ordine non recto posita, ibi Etym. M. eadem ratione lapsum sit, ut ad vs. 291. Ac memoratu dignissimum esse videtur, ne unum quidem locorum ex Hesiodo haustorum in Etym. Gud. inveniri, in quo contra alia scholia antiquiora leguntur, ut p. 69, 42 ex Epaphrodito, quorum nullum est in Etym. M. vestigium [4]). Ita simul evinci videtur, recentiorem esse collectorem Etym. Magni, quam Gudiani.

Vetera igitur scholia si desiderium nostrum excitant magis quam explent: maior contra eorum

4) Dissentio igitur a Naekii iudicio »Etymologum enim qui inspexerit, habebit fontem, ex quo sua derivavit Tzetzes« *Jahrb. d. Preuss. Rhein-Univ.* I, IV, p. 394, atque id etiam observavi, Scutum nominatim et accurate ab Etymologo non prius commemorari, quam p. 366, 44.

est copia, quae ex infimo aevo supersunt. Habemus enim Diaconi scholia et paraphrastica et technologica; exstat alius paraphrastes nunc primum editus; denique librorum marginibus nonnulla allita reperiuntur. Quorum ea, quae ultimo loco commemoravi, nunc prorsus reticenda esse duco: quippe quae interdum etiam latino sermone conscripta, ut in codd. A et K, neque pretii sunt ullius, neque usum habent criticum. Quae in Apparatu exempli caussa suis quaeque locis addidimus, ad eorum indolem prodendam sufficiunt. Sed reliqua etiam omnia tam parum digna sunt, quae magni habeantur, ut nisi nimia paupertate laboraremus, aeterno silentio opprimerentur. At ut nunc res se habet, de singulis singulatim exponendum est.

Inter libros Parisinos non infimum obtinet locum cod. 2772 (F), in quo scholia paraphrastica insunt, a Koehlero descripta, a nobis Wolfii consilio primum edita, quae Moschopuli esse Koehlerus sine iusta caussa suspicatus est. Paraphrasis in margine legitur; inter lineas autem glossae reperiuntur, quae, ut Koehl. monuit, ex paraphrasi omnes haustae sunt. Neque tamen plenam eam integramque servatam accepimus. Non solum enim in fine mutila est nec nisi ad vs. 415 procedit, sed in ea etiam parte, quae descripta in cod. exstat, nonnulla praetermissa esse patet. Cuius rei caussa in aperto est. Fieri enim non solet, nisi ubi sive de rebus a poeta commemoratis, sive de singularum vocum forma et notione pluribus verbis disseritur. Iam enim quum margo rebus diversis capiendis non sufficeret, interdum complurium versuum interpretatio excidit, cfr. ad vs. 71, 95 seq., 203 — 223, 327.

Praeterea illud hoc loco videtur monendum esse, textum codicis non semper cum enarratione scholiastae convenire, sed diversam non raro idque in locis maximi momenti praebere scripturam. Cuius rei ut luculentissimum statim promam exemplum,

in versu vexatissimo 373 *πᾶσ' εὐρεῖα χθών* in textu (F) legitur, *πόσ' εὐρεῖα χ.* in paraphrasi (f). Sed alia multa eiusdem generis reperiuntur. In primo versu F habet »*οἵη δὲ*«, f. »*οἱ οἵη*«, vel ut rectius scribitur »*ἡ οἵη*«; vs. 23 F »*ἱέμενοι*«, f »*ἱέμενοι*«; v. 35 F »*ταννσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ*« f »*ταννσφύρου Ἠλεκτρυώνης*« cum plerisque libris; vs. 114 F »*πολὺ φέρτερα*« f quum habeat »*ἀγαπητικώτερα*« et glossa interlinearis »*ἠγαπημένα*«, patet explicari scripturam aliorum librorum »*πολὺ φίλτερα.*«; vs. 183 *ἀργύρεοι* seqq. in F omissus et manu recentiore additus est; in f exstat; in vs. 199 F »*ἐν χειρὶ*«, f »*ἐν χερσὶ*«; in vs. 235 F »*φρένας αὐτὰρ ἔσσαντο*« in f »*εὖτε*«; in vs. 242 F *μάρναθ'* et ad mg. *γρ. μάρναντ'*, in f »*μάρναντ'*. Plura alia praetereo. Apparuit enim, opinor, necessitatem mihi impositam fuisse, accurate semper et ex paraphrasi et ex textu scripturae discrepantiam enotandi. Ceterum quanquam iam monui, pretium paraphrasticorum scholiorum magnum non esse, tamen illud nobis praestant, ut qualis textus forma illa exstiterit aetate et quo modo carmen intellectum fuerit plenius etiam atque indubitatius, quam ex singulis codicibus cognoscamus. Praeterea uno certe in loco veram scripturam servavit, cfr. supr. p. 248. Operosam vero de annis, quibus paraphrasis scripta sit, instituere quaestionem, non necessarium.

Accedimus igitur ad scholia Diaconea, de quibus disputaturi iterum Muetzellium veterum errorum exagitatorem non infelicem cognoscimus, qui primus Lambecii opiniones temere et ab ipso pronuntiatas et a viris doctis probatas refutavit, de emend. Theog. p. 295. Huic igitur confisi Ioannem Diaconum Galenum, Allegoriarum (*εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίαν Ἀλληγορίαι*) auctorem ab hac quaestione prorsus seiungimus, quem diversum fuisse ab Io. Diacono Pediasimo, inde cognosci intelligique poterat, quod Triclinius, hac certe in caussa locupletissimus testis, alterum Galenum, Pediasimum

alterum vocavit neque ullum addidit signum, ex quo colligere liceat, unius eum eiusdemque hominis opera describere voluisse. Impeditior est altera quaestio, utrum Io. Diaconus Pediasimus a Io. Pediasimo Chartophylace seiungendus sit nec ne. Sumit hoc Muetzellius, sed refragatur cod. B a Michaele Apostole, Graeco homine, scriptus, in quo, ut supra vidimus p. 292, technologica scholia ad Chartophylacem Bulgariae, eundemque philosophorum principem, Ioannem Diaconum Pediasimum referuntur. Ac miror equidem, quod Muetzellius hanc quidem ad opinionem suam confirmandam nihil prodidit, nisi caussam incertissimam, ex aetate hominis depromptam, cuius testem habebat unum Saxium in Onom. T. II, p. 386. Verum ipsum non fugit, in temporibus grammaticorum aevi infimi definiendis quam dubia sint omnia, quae vulgo pro certis sumi solent. Nam qui Dem. Triclinii aetatem ab initio saeculi quarti decimi ad eius finem male protraxerant, cfr. Muetzell. l. l. p. 302; quique similem errorem, ut Fr. Ritschelius docuit, in praef. ad Thom. Mag. p. XXI, de Moschopulo admiserant; iidem si de Pediasimo quoque, homine illis et doctrina et studio longe inferiore, non satis recte iudicarunt, num mirum cuiquam esse potest? Uni igitur eidemque homini et scholia nostra et libellos omnes, quorum titulos vides collectos ap. Lambec. bibl. Vind. T. VII, p. 187, sine erroris periculo adscribimus.

Sed diu dubitabam equidem, an technologica et paraphrastica scholia eundem auctorem haberent. Nihil dicam de rerum ab utroque traditarum pretio, quanquam vehementer diverso. Sed alter (D) vocem *ἐκαίνυτο* in vs. 4 »*ἐνίκα*«, alter (d) »*ἐκαινούργει, ἐκόσμει*« interpretatur; in vs. 23 D *ἱέμενοι πολέμοιο* legit, ut patet ex paraphrasi »*ὀρεγόμενοι πολεμῆσαι*«, d habet »*ἱέμενοι, ἤγουν πορευόμενοι*«; in vs. 62 verbum *δεδήει* D reddidit »*ἠγείρετο*«, d »*ἐμερίζετο.*« Similia plura reperiuntur, quae praetereo. Deinde

vero magnum apparet in grammaticis citandis utriusque discrimen, dum alter (d) ad testimonium Tzetzae p. 63 et 64 Heinr. et Eustathii p. 72, quem Thessalonicensem nominat, alter vero (D) ad Io. Philoponum provocat idemque plures etiam solet et aptiores ex antiquis scriptoribus locos afferre, ut ex Pindaro, p. 77, Theocrito, p. 70, Homero. Accedit testimonium cod. Vind. num. 128 ap. Lambec. VII, p. 231, in quo ut in B primum paraphrastica scholia, postea technologica exhibentur, atque, quod huius codicis proprium est, ita, ut technologicis nullum auctoris nomen additum sit: unde factum est, ut Lambecius haec scholia semper tanquam Anonymi scriptoris opusculum laudaret, cfr. l. l. p. 275.

Nec tamen quidquam inde colligendum est, nisi quanta in rebus hisce cautione utendum sit, ne ad errores procudendos veritatis specie aliqua abutaris. Nam quocunque te vertis, semper tibi auctoritas Dem. Triclinii, (*Ηδιασίμου σχ. παραφραστικά. μετὰ τῆς τεχνολογίας τοῦ αὐτοῦ* ap. Trinc. p. CLXIX, b.), qui vel aequalis illis fuit vel certe non diu post vixit, et Michaelis Apost. testimonium in cod. B. ostendent, de uno utriusque libelli auctore dubitari non posse. Ea vero, quae supra attuli, ita sunt comparata omnia, ut ex consilii diversitate, quo libelli compositi sunt, facile explicentur. In paraphrasi enim argumentum enarrare, singularumque vocum notionem dare voluit; in technologia vero ex arte grammatica singula vocabula formasque difficiliores explicuit, et interdum etiam alia admiscuit, quae propter Hesiodum necessaria non erant.

At nimis diu in hac re disquirenda commoramur. Id unum igitur addam, Diaconea haec scholia nobis ab uno Demetrio Triclinio servata esse [5]):

5) Koehlerus scholia codicis B accurate inspexit et cum Heinsiano exemplo contulit, sed sine fructu; nihil enim paene nisi scribae errores notavit, et si qua exstat alicubi melior scriptura,

quippe quae praeterea nonnisi in libris duobus, Bav. et Vindob., reperta sint, in quibus alia quoque Triclinii scholia exstant. Itaque hoc uno ex fonte aetas horum scholiorum cognoscitur.

§. 5.

De editis exemplaribus.

»Ad edita exemplaria [6]) Hesiodi pergimus, quorum permagnus est numerus. Nam quum hic poeta olim prae ceteris scholastica lectione frequentaretur, huic usui saepe divulgandi eius necessitas fuit

---

ea ipsa fortasse ex Tricliniano codice, ab Trincavello interdum satis mendose typis impresso, petita est. Meliora autem quum etiam ex Vindob. codice exspectanda non sint, nihil ei est reliqui, si quis correctiora haec scholia edere cupit, nisi ut emendationes ex libro Tricliniano petat. Neque illud inutile foret. Nam ab Heinsio, Heinrichio, et Gaisfordio ita haec scholia ex Trincavelliano libro repetita sunt, ut multos lapsus primi typographi etiam nunc nondum sublatos videamus. Quid? quod post Heinsium, cuius audaciam temeritatemque in scholiis digerendis et refingendis plurimi iam notarunt, etiam Heinrichius infelicem iis curam impertivit. Nam primum quum nesciret, duo libellos esse diversos, alterum paraphrasticum, alterum technologicum, eosque ab Trincavello iunctos, immerito saepe de ordine perverso questus, ut p. 66, 73, 87, male singula disposuit. Deinde reprehendendum est, quod non Trincavellianum, ut par erat, sed Heinsianum exemplum describendum curavit. Ita de vs. 236 »ἐπὶ δὲ δεινοῖσι καρήνοις« ap. Trinc. Diac. ait »καὶ τὸ δὲ ἐπέκτασιν ἔχει τοῦ ε«, Heins. autem et Heinrich. male interposuerunt vocem βαινουσέων scripseruntque »καὶ τὸ βαινουσέων δὲ ἐπέκτασιν ἔχει τοῦ ε«. Tum ipse Heinrich. interdum ea infeliciter correxit. Sic quod unum in Scuto exstat Triclinii scholion, ipsius manu in cod. Ven. scriptum, in fine haec verba habet, »θαυμαστὸν γὰρ ἑκάτερον ἡ τῆς ἀσπίδος ἀπέδειξε ταύτης κατασκευή« recte illa a Bog. in latinum sermonem translata: »Utrumque enim (sc. poetam et artificem) admirandum reddidit huiusce clypei opificium.« Haec Heinrich. ita corrigenda putavit p. 74 not. »Καὶ ἡ τῆς ἀσπίδος ἀπόδειξις καὶ ταύτης κατασκευή.« Denique etiam particulam scholiorum (ad vs. 48 sqq.) omnino praetermisit. Gaisfordius vero Heinrichium interdum immerito sequutus, in plerisque tamen Heinsii exemplum typothetae tradidit. De Heinsio cfr. Valck. Anim. ad Ammon. p. 167.

6) Hoc loco Wolfiana nonnulla inserui, inchoata quidem, non perfecta, nec de Scuto solo dicta, sed ita tamen comparata, ut iucundum lectoribus et utile videretur, si vel has reliquias non abiicerem.

magistris, etiam iis, qui ultra verborum intellectum progredi non poterant. Ex tali genere quod neque crisi nec doctae interpretationi aliquid adiumenti ferre videretur, perpauca memorabo, quae supplendis aliorum indicibus, imprimis Fabriciano inservire possint. Nullus enim liber memorabitur, quem ipse non viderim aut usurpaverim. Omittam etiam plures, quos in manibus habui.

1493 circ. Initium edendi Hesiodi ars typographica fecit vulgandis solis *Ἔ. καὶ Ἡ.* post XVIII Theocriti Idyllia, fol., sine anni, loci et Editoris mentione, sed ut litteratores ex nonnullis indiciis recte coniectarunt, a. 1493 vel ut potius dicendum puto sub a. 1493 seu aliquot aa. ante [7]), Mediolani curante Demetrio Chalcondyle. Illius enim editoris, urbis et anni notae leguntur subscriptae Isocrati, in eodem chartae genere iisdemque typis impresso. Unde accidit, ut alibi tres illi uno volumine iuncti reperirentur, Isocrate praeeunte; rarius tamen, quam Isocrates solus, quale exemplar perpulchrum aliquando in Paullina bibl. Lipsiae vidimus, cfr. Valck. praef. in Theocr. Minus recte igitur dicitur haec editio partem fecisse Isocratis et eodem ipso anno prodiisse. Prius verum non esse, adspectus docet; posterius ne ipsum quidem satis probabile est [8]).

1493 Venet. fol. sequuta est altera princeps [9]) ed. Aldina, quae primum omnia tria carmina exhibuit, subiuncta Theocriti Idylliis XXX, Theognidis sententiis variisque aliis in titulo designatis. Ad extremum est Hesiodi Theogonia. Eiusd. Scu-

---

7) Rectius Wolfio iudicavit Renuardus (Rénouard Annal. de l' imprim. des Ald. trois. éd. p. 5) »Il est possible, que cette édition soit antérieure à celle d'Alde de quelques mois ou même d'un an.«

8) cfr. de hac edit. Warton. Theocr. T. I. p. LVIII. et Iacobs. praef. ad Theocr. p. XIII sqq.

9) De Muetzellii coniectura, iam ante Aldum Manutium fuisse aliquem, qui Theogoniam ederet, de emend. Theog. p. 1 seq., diximus in libri illius censura *Hall. Literatz.* a. 1836, p. 431.

tum Herc. Eiusd. Georgicon libri duo. Claudit enim agmen Hesiodus. Dictus annus in fine plane subscriptus est nomini Aldi Manucii Romani. Editio pro illa aetate splendida dici potest et splendidior est reliquis prope omnibus Aldinis. De ea ob nonnullas in Theocrit. textu discrepantias plures studiosius disputarunt post Reiskium; probabilius ceteris Wartonus in Praef. ad Theocr. suum, causam illarum in retractatis pluribus foliis quaerens, id quod haud dubie tum saepius a diligentioribus typographis fiebat. In Hesiodo nihil eiusmodi observabile est. «

Haec Wolfius. Quibus ex fontibus Hesiodea carmina Aldus acceperit, quod Muetzellius diligenter quidem, sed frustra quaesivit, l. l. p. 2—4, accurate perlegentibus, quae in Apparatu critico collegimus, facile patebit. Ac duo potissimum libri maximam habent cum Aldino similitudinem, B et D, sed prior in priore tantummodo carminis parte et a m. pr. plerumque, posterior vero usque ad finem eius. Cuius rei ut exempla afferam, B cum Ald. convenit in his lectionibus, (si omnes lectiones appellandae; sunt enim interdum lapsus scribarum foedissimi), κυανέων vs. 7, δ' ὅτε 12, παρακοῖτι 14, φιλόπιδος 23, ἀνδράσιν 29, τότε 34, φύγοι 42, ἐκτολμήσας et ὥς ῥα 44, φιλίως 45, πανύχιος 46, πατέρ' ὃν 54, ἀμφιδεδήει 62, ἰεμένων 65, δαϊώσειν 67, πλὴν 74, ἄρ τηλόθι (m. pr.) 85, φρένας ἐναλίγκιον 88, δῶμα 90, τομήσων 91, μάλα 92, ἢ δ' 93, ἀμώμυτος 102, οὗτοι 110, δ' εἰδίξεται 111 etc. At hac ipsa in carminis parte non raro dissident, (exhibent enim τις B τι Ald. in vs. 10, ὃς B. a pr. m. οἱ A 11, ἰέμενοι B ἱέμενοι A et πολεμοῖο B πολέμοιο A 23, ἔσποντ' B ἔσποντ' A 26, φυτεῦσαι B φυτεύσαι A 29, Ἀφροδίτης B Ἀμφροδίτης A 47, etc.,) sed ut vides, in rebus levissimis, post versum 120 autem plerumque in diversa abeunt. Communia habent nonnulla, quae imprimis magni momenti sunt; post relativa plerumque commata, inclinationem particulae δὲ, in-

scriptionem carminis eandem ab initio *Ἡσιόδου πόνημα περὶ τῆς Ἀσπίδος τοῦ Ἡρακλέους* et alteram post versum 139 *»Ἀρχὴ τῆς Ἀσπίδος.«*

Maior tamen inter Aldinum exemplum et codicem D cognatio est, qui, paucis exceptis, quantum ex collatione Koësii intellexi, per totum carmen nec solum in Scuto, sed etiam in Theogonia eadem habet omnia, ut vel eundem vel simillimum librum ab Aldo typis exscriptum esse appareat. Differunt in his lectionibus *θήβας* Ald. *θῆβας* D 13, *φωκῆες* A *φωκῆδες* D, *φυτεύσαι* A *φυτεῦσαι* D 29, *μέγ' ἀμείνονα* A *μέγα μείονα* D 51, *ἤλιτεν* A *ἥλιτεν* D 80, *τομήσων* A *τὸ μήσων* D 91, *ἐξόπιθεν* A *ἐξόπισθεν* D 130, *χερσί γε μὲν* A *χερσὶ μὲν* D 139, *ἰδέσθαι* A *εἰδέσθαι* D 140, *ἀγνὸς* A *ἀγνὸς* D 205, *νηχομένοις* A *μηχομένοις* D 211, *πιπτόντων* A *πιπτόντος* D 231, *δεκακεῖεν* A *δὲ κακεῖεν* D 234, *ὑπ' αὐλοῦ* A *ὑπ' αλοῦ* D 281, *οὖν* A *οὖκ* D 299 si recte Koësius legit, et in similibus nonnullis. Conveniunt vero in talibus etiam, ut *κάπροιω* pro *καπρ.* v. 172, *ἀτήνης* pro *ἀπήνης* 278. Iam nonne intelligimus, cur Aldus scripserit in epist. ad Guarinum »Non enim recipio me emendaturum libros. — sed curaturum summo studio, ut vel ipso exemplari imprimantur correctiores«?

»1515 Flor. in 8. Hes. totus subiectis Theognidis et aliorum Gnomis. In aedibus Phil. Iuntae. Textus Aldinum non ita sequitur, ut ex illo solo ductus videatur. Interdum enim correctus videtur adhibito codice, saepius tamen depravatus«. Wolf. De Operibus et Diebus haec vere dicta sunt; in Scuto nihil inesse vidi, quod aliunde possit petitum esse, quam ex Aldino; pauca eaque levissima correcta sunt; longe plurima intacta manserunt. Accepi, Ant. Westermanno meo intercedente, ex bibl. Lips. senatoria. Est illud exemplum, de quo Hofmannus olim dubitabat, Bibliogr. Lex. I, p. 388.

»1521. Basil. 8, inter scriptores aliquot gnomicos etiam Hes. editus est ap. Io. Frobenium,

textu ducto ex Aldino « W. Sed multa correctiora eduntur; nam editor accentus mutavit, praesertim ubi inclinatio male erat aut admissa aut praetermissa, Iota ubi subscribendum erat addidit, et paltos qui facile deprehendi poterant, errores emendavit, interdum adeo feliciter textum restituit, ut v. 45, 184, ubi *Κένταυροι δ'*, 261, ubi pro *παῖσαι δ'*, *πᾶσαι δ'*, 396, ubi *χέει αὐδὴν* pro *χ. ἀοιδὴν* dedit. Nec tamen desunt nonnulla mendosius exarata, ut *ἄηδ'* pro *ἄηθ'* 8, *οὔποτι* pro *οὔπωτι* 10, *ὅττι* pro *δ' ὅττι* 21, *ὀλύμποιο* 30 pro *οὐλύμποιο*, *ἔθλασαι* pro *ἔθλασε* 140, *ἀθήνης* pro *ἀτήνης* 275, *ἐπώρουσε* pro *ἐπόρουσε* 452 et similia.

1537 m. Iunio 4. Ven. acre et diligentia Io. Frid. Trincaveli (*Ἔ. κ. Ἡ, Θ., Ἀ. Ἡ. Ἅπαντα δὲ μετὰ πολλῶν καὶ καλλίστων ἐξηγήσεων*), omnia cum scholiis, a Victore Trincavello primum editis. Nemo post Aldum de Hesiodo magis meruit, quam hoc edito exemplari Trincavellus, in quo et scholiorum farraginem utilissimorum et ex codicibus, omnium, quotquot exstant, si non praestantissimis, certe cognitu dignissimis textum evulgavit. Non est enim dubitandum, (neque Muetzellius, ut opinor, veteri suspicioni suae, de emend. Theog. p. 9, docte et accurate defensae adhaerebit amplius,) quin verissime Iac. Morellius de huius editionis fontibus disputaverit. Scimus igitur, Trincavellum nullum exemplarium ante se editorum usurpasse, sed Scutum Herculis cum scholiis ac Technologia Pediasimi ad fidem cod. Ven. 480 edidisse. Goettlingii [10]) apparatus ex libro Tricliniano ductus rem confecit, ostenditque interdum quidem, sed raro editorem ex Paullino codice textum Triclinii immutasse. Non moror,

10) Vellem tamen, Goettlingius scripturae discrepantiam, quam exemplar Trincavelli exhibet, non ex Loesneri apparatu, saepe vitiosissime descripto, sed ex ipso exemplari hausisset. Vitasset errores, quorum nunc haud dubie ipsum vehementer poenitebit. Ego denuo quam accuratissime potui librum comparavi, quem dono acceptum ab Aug. Meinekio, Viro summo, quotidie in manibus habere, dulcissimum fuit.

quod versum 60 in cod. Tricl. a recentiore manu additum recepit; illud vero improbandum est, quod versum pessime illatum 299, qui apud Tricl. recte non legebatur, infelici diligentia inseruit, cfr. supr. p. 246. Praeterea singulis in vocibus saepissime peccavit, mendis typographicis non satis diligenter evitatis, quod condonandum puto viro librum magnae molis Graece iis temporibus edenti, quibus Graecae linguae cognitio nondum diu florere coeperat.

Duo igitur exemplaria, Aldi Manutii et Victoris Trincavelli diligentia Venetiis edita et ex ipsis codicibus paene accurate expressa hoc ex tempore in manibus virorum doctorum erant, qui Hesiodo criticam curam impendere vellent. Quae si accurate excussa et inter se comparata, deinde vero a viris Graecae linguae peritis recte ab erroribus typographorum et scribarum perpurgata essent, vel aliis libris non collatis, carminum Hesiodeorum recensio satis laudabilis nasci potuisset. Sed Aldi nomen ita praevaluit, ut ad nostram usque aetatem omnes editores huius exemplari potissimum obsequerentur, nec nisi singula et sine perpetua cura ex Trincavelli libro emendarent. Initio quidem multi adeo nihil nisi Aldinum exemplar in paucis ex ingenio mutatum repetebant. Ex brevi enarratione de unius Scuti editionibus hoc verum esse apparebit.

»1540. Iunt. 2. Flor. p. Bened. Iunctam in 8 sine scholiis. Textus in nonnullis mutatur; omnino totus liber non prorsus ex aliis exscriptus« Wolf. Scripturae discrepantiam accurate enotavi, cognovique fundum esse Aldinum vel potius Iuntinum exemplar prius, idque editorem ex Trincavellino multis in locis, in nonnullis vero etiam ex cod. M. immutavisse. Accessit copia mendorum. Quae quidem omnia iam ex primis versibus cognoscuntur. Inscriptio enim est libri Aldini (*πόνημα*); eundemque fontem produnt v. 3 *ἠλεκτρύωνος*, (*ἠλεκτρυῶνος* Trinc.) v. 3 *ἔριζε*, (*ἔριζεν* Trinc.) v. 7 *τῆς*, *καὶ* commate

interposito et κυανέων; deinde τοίη in primo versu est ex libro Mediceo; γε μὲν pro Ald. γὲ μὲν ex Iu. 1. et Η μήν οι v. 11 ex Trinc. — Repetita est haec editio simul cum mendis omnibus Venetiis in offic. Farr. a. 1543.

1542. Basil. ap. Io. Opor., impensis Io. Birchmanni, bibliop. Coloniensis, cuius epistola ad Cúthbertum Tonstallum, episcopum Dulmensem, praemittitur. Textus ad Aldi fidem accurate cum plerisque mendis expressus est. Sed accesserunt ex Cantabrigiensi cod. Scholia, de quibus antea diximus, et duae interpretationes ab Oporini amicis quibusdam, non ab Italo aliquo antiquiore, ut Muetzell. suspicabatur, (l. l., p. 22 seq.) profectae, altera accuratior et ita instituta, ut singula verba Latina Graecis singulis responderent, altera liberior, elegantior et ad Latini sermonis indolem accommodatior. Utraque interpretatio interdum ab textu recedit; sed prior illa minus saepe, quam posterior, quae multis in locis ad Trincavellinum exemplar facta est. Fruitur haec editio Basileensis magna fama varias ob caussas, imprimis propter scholia, postea ab Henischio in Latinam linguam translata, et ob interpretationes, quarum prior a Bogardo, Schmidtio et Wintertono repetita et a multis erroribus liberata postea evanuit, posterior vero ab Heinsio, Graevio, aliis immutata et usque ad Loesnerianam editionem propagata, saepe adeo fontibus scripturae verioris detegendae adnumerata est. Nolumus nimia in his rebus demonstrandis diligentia uti. Editoribus enim et interpretibus quum nova adiumenta, ex quibus textus emendari potuisset, non suppeterent: mutationes singulas, quas interdum feliciter, interdum infeliciter, modo consulto, modo temere, ne dicam inviti admiserunt, persequi non est necessarium. Monuisse sufficiat, Oporinum non tam textum emendare, quam interpretationem in usum iuvenum Graecae linguae studiosorum addere voluisse. Ter Hesiodum edidit; primum, nomine suo

non addito, a. 1542; deinde praefatione adiecta, qua editionis consilium explanaret, 1544; denique, nescio quo anno, praefatione Melanchthonis post Oporini praefationem addita, quod unum ego repetitae editionis, sed satis certum signum repperi. Verum quoniam in textu duae posteriores differre non videbantur, utramque uno numero (2) notavi; tertiam (3) vocavi, quam Oporini nomine, et ab eo ad Hesiodum emendatius recudendum provocatus, Hertelius edidit, (Bas. 7. per Paul. Quecum 1564, repetita Lips. ap. Rhamb. 1577 et ap. Lamberg. 1591 et saepius); quartam, quam G. Henischius, una cum scholiis in Latinum sermonem conversis vulgavit (Basil. ex Offic. Oporin. 1574 et 1580). Tota editionis ratio in omnibus eadem est; sed duae ultimae in nonnullis emendatiores.

1544 Paris. ap. Jac. Bogardum, in 8, altero titulo Graeco: *Ἡσιόδου τοῦ Ἀσκραίου Θεογονία. Τοῦ αὐτοῦ ποίημα περὶ τῆς ἀσπίδος τοῦ Ἡρακλέους. Τοῦ αὐτοῦ ἔργα καὶ ἡμέραι*, « altero Latino, qui est » Hesiodi Ascraei poetae vetustissimi ac sapientissimi Deorum generatio. Ejusdem poema de Clypeo Herculis. Eiusdem Opera et Dies. Omnia prosaica oratione reddita, ac multis locis recens emendata. « Sunt enim duo quasi libelli, sua quisque pagina suoque titulo instructi; tertio loco Opera et Dies edere voluit, idque in titulo significavit, sed ea in exemplari, quod Gottingae asservatur, desunt. Haec est editio viri et Graecae linguae peritia, et subacto iudicio insignis, cuius scripturae discrepantiam omnem accuratissime enotandam duxi. Textus est ad fidem Aldini exemplaris exhibitus, sed duce Trincavelliano exemplari et codicibus, interdum etiam ex ingenio plurimis partibus emendatus; nisi fallor equidem adeo Stephaniano saepe praeferendus. Interpretatio, ut iam dixi, haud raro prudentissime reficta est. Codicum usus iam ex scriptura *κνανεόντων* vs. 8 quae reperta est in Parisinis libris G et O, cognoscitur. Non diffiteor, me dolorem sensisse, sicubi

cum mala in scriptura acquiescentem errantemque deprehendissem.

1566, Parisiis, fol., Henrico Stephano editore, in illustri Corpore poetarum Graecorum principum carminis heroici. Huius viri recognitio textus ipsa quoque ex emendatione Aldini exemplaris profecta, festinanter tamen nec ea, qua par erat, diligentia et cura instituta est. Habebat Parisiis codices MSS, sed vix semel inspexit. Ad manus erant edita exemplaria; sed aequalem curam iis non impertivit. »Variarum lectionum ego delectum,[11]« ipse ait, »pro eo quod suppetebat otio habui, quum eo ipso tempore, quo mandandus erat prelo textus, et quaererentur et inventae illius margini adscriberentur« p. 485. Denique Graecae linguae, dialecti epicae, rerum metricarum erat peritissimus: sed ne ea quidem, quae facillime poterat, si volebat, emendavit. Scribit γὲ μὲν vs. 5 et γέμεν vs. 50; modo ἴχελος, modo ἴκελος exhibet; in clausula hexametri κυανέων relinquit vs. 7; πολὺς δ' ὀρύγμαδος ὀρώρει vs. 400 non corrigit. Sexcenta similia ubique legenti se offerunt. Tamen tantum hic liber nomen occupavit, ut post hunc nemo paene alium auctorem maiore studio persequeretur. Erant, ut Wintertonus tradit, qui satis se omnia probasse putarent, si haec tria verba intulissent: sic legit Stephanus: atque is ipse quotiescunque ab eius scriptura sibi recedendum putabat, audaciam suam excusabat, distinguebat inter Stephanum et eius operas, et quibuscunque rationibus poterat, viri merita et virtutes exaggerabat, cfr. Obsvv. eius ad Scut. 198. Alii vero textum eius aut nulla in vocula mutatum aut paucis in rebus aliter conformatum repetere maluerunt. Mirum est, quod Lutetiae anno sequente

11) Ex editis exemplaribus, non ex codicibus. Unus est locus, vs. 176. ubi incertum manet, unde κότεόν τε, quod est in margine, petierit. Attulit enim eandem scripturam Commelinus ex Palatino.

(1567) ap. Io. Benenatum 4to cum Eurip. Hecuba, Scutum Herculis non Stephani, sed antiquiorum librorum (Aldi et Iunt. 2) ad fidem editum est. Neque Basileenses ab Oporino suo recedebant. Sed quum Io. Crispinus novam collectionem edendam susciperet (1570), qua Georgica, Bucolica et Gnomica Graecorum poemata comprehendere volebat: is primus, ut videtur, hoc in libro suo textum Stephanianum simul cum interpretatione Basileensi repetiit et ita viam rationemque aperuit, quam posteriores editores plerique tenuerunt. »Primum« inquit typographus, (Vignon. 1584) »Graeca ut quam emendatissime ederentur, operam studiose dedimus. Deinde in Latina interpretatione multa fecimus meliora.« Utrumque verum est; imprimis, quod de interpretatione emendata ait. Addidit praeterea breves Annotationes, plerasque ex notis marginalibus et animadversionibus Stephani haustas, cuius viri nomine nunquam, verbis semper usus est; nonnullas vero ex ipsius ingenio natas, vel ab amicis, ut a Porto Cretensi communicatas, easque omnes non inutiles. Iam vide mihi, quam felicem eventum Stephani hic assecla habuerit. Hesiodum eius cum translatione emendata et adnotationibus omnibus iteravit Commelinus [12]) (1591);

12) De Commelino ne credas quicquam Muetzellio de emend. Theog. p. 77 seq. qui quae Crispini erant, Commelino adscripsit omnia. Tria ego repperi, quae vere Commelinus ad Theog. sibi propria habet, *νυκτὸς καὶ ὀνοφερῆς* v. 107. *ὅτι γέντο* 199, *ἡ δὲ λέλογχε* 238; reliqua, quae Muetz. attulit, ab Crispino mutuatus est. Fefellit Muetzellium, quod Com. Crispini, vel Stephani potius adnotationes, ipsis verbis eorum servatis exscripserat, iisque pauca quaedam addiderat de suis. Ita specie doctrinae se induerat. Rationem eius ex uno exemplo cognoscas velim. Ad vs. 188 Crisp. »Non video, quomodo *ἀδάμαντον* ad sensum applicari possit, nisi dicamus esse mendum pro *ἀδάμαντι*, ut etiam interpretati sumus.« Com. vero: »Non video - possit. Lege itaque cum exemplari Venetiis excus. *ἀδάμαντι*, et in interpret. Lat. pro ferrum ferro repone, etc.« Inspexerat igitur Iu. 2 vel Farr., in quo utroque *ἀδάμαντι* legitur. Eadem ratione in Scuto, ubi Palat. cod. scripturam attulit, Crispinum semper ducem sequutus est; ubi ex illius adnotatione intellexerat, discrepantiam esse aliquam scripturae, ibi cod. inspexit et scripturam enotavit;

Commelinum accurate in plerisque sequutus est Dan. Heinsius, 1603, 1612, 1620, Heinsium Pasor (1632), Pasorem Schrevelius (1657), Schrevelium Graevius (1667), Graevium Clericus (1701), Clericum Robinsonus (1737), Robinsonum Krebsius (1746) et Loesnerus 1778, Loesnerum Heinrichius (1802). Hi autem sunt paucis exceptis editores illi, quorum volumina per duo saecula et iuventutem exercuerunt, et a viris doctis tractata sunt. Qua in re illud imprimis miror, quod non qui peculiari studio in Hesiodo edendo operam collocassent, sed qui magnam poetarum molem uno volumine edidissent, recensionis omnium praestantissimae auctores visi sunt. Ab his enim nulla ratione poterat editio Hesiodi omnibus numeris absoluta expectari. Plerique tamen ita iis adhaeserunt, ut si quis de rebus criticis agere susceperit, de plurimis qui Stephanum sequuti sunt editoribus paene tacere, quam disputare praestet. Quare reliqua omnia cursim perstringemus, et id potissimum efficere studebimus, ut qui potissimum et qua re quisque meruerit maxime, patescat.

Quid Crispinus praestiterit, iam explicatum est. Latina eius interpretatio Scuti paene tota Basileensis est; quae quum ad Trincavellinum exemplar saepissime facta esset, nunc inter Graeca et Latina verba magnum est discrimen ortum [13]), quo posteriores editores, qui interpretationis originem minus cogni-

---

nusquam alibi. Qua fide Crispinum descripserit, ostendit maritus Amphitruo vs. 2 pro Martio, ab Crispino servatus ex Basil. 2 neque a Commelino et Heinsio abiectus. Interdum tamen errores, sed rarissime emendavit; plures addidit. Ceterum quod Muetzell. p. 79 enarrat, primis singulorum versuum ac propriorum nominum litteris Commelinum nulla apposuisse signa prosodiaca, de Theogonia verum est; nec vero ad Opera et Scutum Herculis trahendum, in quibus edendis aliam rationem tenuit.

13) Intacta reliquit Crisp., vs. maritum Amph., vs. 29 »ἀρῆς ἀλκτῆρα.« Martis depulsorem, vs. 36. »εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη, in lecto concubitu mixtus est,« vs. 25 »ἀγχέμαχοι hastati,« vs. 108 »ἀλλά γε, sed age;« et similia plurima. Alia recte emendavit, ut vs. 4 ἐκαίνυτο vertit »superabat« non, ut Bass. »ornabat.«

tam habebant, seducti sunt, ut eius auctoritate ad scripturam emendandam uterentur. Cuius erroris in communionem Muetzellius se abripi passus est, ut iam antea diximus. Deinde Commelino cognitionem libri Palatini debemus, Heinsio adolescenti cfr. Casaub. epist. 399 Almel. et Jos. Scalig. Epist. Francof. 1628, p. 235, errorum nonnullorum emendationem et scholiorum novam collectionem, Pasori et Collegium Hesiodeum, quod vocavit, et in rebus grammaticis maiorem diligentiam et aequabilitatem, Graevio Lectiones Hesiodeas, Scaligerique et Guieti animadversiones, Robinsono cod. Harleiani notitiam, Loesnero, collectionem animadversionum et variae lectionis, reliquis alia nonnulla haud magni pretii.

Superest, ut de Er. Schmidtio, Rad. Wintertono, Fr. Guieto et Ruhnkenio verba faciam. Nam Er. Schmidtius (Vitembergae 1612) cum Melanchthonis enarratione Hesiodum edituras, Basileensi quidem Henischii exemplari usus est, sed ratione perquam laudabili, ita ut multos lapsus eius libri feliciter corrigeret, linguaeque Graecae peritiam haud vulgarem probaret. Est ubi coniecturis locos sanare conetur [14]). Itaque quae sine libris illa aetate praestari poterant, vere praestitisse videtur; nec sine fructu eum consulas. Non minus commendandum est Wintertoni exemplar, primum Cantabr. 1635 editum, sed postea apud Anglos saepe repetitum, nec immerito. Nam Stephani textum imprimis metrorum ratione habita aequali cura emendare, multisque in locis aut aliis ex libris aut ex coniectura meliora afferre studuit. Peccassem, opinor, nisi utriusque huius editoris in Apparatu meo mentionem saepissime iniecissem, qui soli interdum ve-

14) Duo exempla afferam. In vs. 10 quum Henisch. scripsisset »ὥς οὔ ποτ' ἔτισε,« addidit Schmidt. ad numeros restituendos ὥς τις ἂν οὔ ποτ' ἔτισε« In. vs. 11. Henisch. »ἦ μὴν πατέρα ἐσθλον« Schmidt »ἦ μήν οἱ πατέρ' ἐσθλόν.«

rum viderunt. Ceterum in Scuto Schmidtius Basil. interpretationem priorem repetiit, raro mutatam, et Wintertonus, (in Operibus et Diebus Crispinum sequutus), Schmidtii vestigiis adhaesit. Sed prae ceteris dignus est, qui laudetur, Fr. Guietus, vir et sagacitate animi et Graecae linguae cognitione eximius, qui privatum in usum Hesiodo eiusque scholiastis operam utilissimam impertivit, et summo iure criticis, hoc nomine dignissimis, adnumeratur. Is veram scripturam saepe restituit; de versibus spuriis primus prudenter iudicavit, etiam ubi errores commisit, doctior plerumque lectorem remittere solet. Merito igitur iam a Bentleio celebratur, v. annot. ad Terent. Heaut. Prol. v. 3, et nostris diebus parem laudem a Peerlkampio tulit, praef. ad Horat. p. XXVII. Guieto adiungo Ruhnkenium, cuius singulae exstant in Hesiodum emendationes perquam laudabiles.

Nostra aetate nova lux ut omnibus Hesiodi carminibus, ita Scuto Herculis affulsit. Nam primum quum Graecae antiquitatis cognitio et artis historia Winckelmanni, Lessingii, Heynii studiis in Germania immensum quantum aucta et praeclaris libris ornata esset, non fieri potuit, quin nostri carminis argumentum, quod cum illis rebus arctissime cohaeret, multorum animos adverteret. Inde quae peti possent ad intellectum Scuti Herculei promovendum, docuerunt alter alterum excipiens viri eximii Schlichtegrollius, Welckerus, O. Muellerus. Deinde altera ex parte Fr. Aug. Wolfius exstitit, et in Homeri carminibus edendis exemplum artis criticae recte et prudenter factitatae proposuit. Ut Alexandriae aliquando, ita inter nostrates Homero comes Hesiodus adiunctus est. Quod quam laudabili ratione in Scuto Herc. ab Heinrichio (Lips. 1802) praestitum sit, notum est omnibus. Quanquam enim ipse textum nisi paucis in locis non restituit, in Prolegomenis tamen et Commentario de toto carmine singulisque eius versibus tam docte pru-

denterque disputavit, et tam multa scitu necessaria attulit, ut nunc demum certius intelligi multa et veteres errores emendari possent. Huic viro si librum suum repetere licuisset, fortasse iam ob omni parte perfectam haberemus Scuti editionem. Post Heinrichium Gaisfordus, Boissonadius a Lennepio eximie adiutus, L. Dindorfius, et Goettlingius cum reliquis Hesiodeis carminibus Scutum evulgarunt: qui singuli sua sibi merita contraxerunt; nova enim lectionis restituendae adiumenta exprompserunt, nonnullis in locis textum emendarunt, et utilia multa ex aliis scriptoribus ad Hesiodum explicandum addiderunt. Nominandus mihi praeterea Io. Heinr. Vossius, qui in patrium sermonem Hesiodea carmina bis transtulit et praeclare de poeta nostro meruit. Postremo loco non praetereundus est God. Hermannus, qui et Heinrichiani et Goettlingiani operis censura scripta, quam artis criticae viam in Hymnis Homericis praeiverat, eandem in Scuto emendando persequutus, omnibus futuris editoribus dux et antesignanus exstitit. De hoc viro, ut Wolfii verba huius paragraphi et finem et initium exornent, addam iudicium honorificentissimum in schedula aliqua inter reliquias repertum: »Hermannus eruditione vet. et acumine aeque pollens — in quo recta ratio Hom. illustrandi critica aliquando mirum tutorem habebit.«

Caput secundum.

De forma carminis, qualis in libris Mss. traditur.

§. 1.

De cognatione codd. Mss.

In critica arte factitanda tantis plerumque difficultatibus obruimur, ut vix aliquem exstiturum putemus, quin consideratis rebus omnibus, quae debent considerari, et negotio summa diligentia profligato, tamen modeste et aliis ius dubitandi et sibi retractandi concessum arbitretur. Atqui nostri libri conditio multa habet, quibus hae difficultates vehementer augentur. Hac enim aetate qui Scutum Herculis tractarunt, rationes illi sibi oppositas sequuti, in diversas nos rapiunt partes. Quorum alterum si audias, valde corruptus est liber, ita ut manum poetae vix ac ne vix quidem agnoscas; alter vero ipsum poetam contemnit eiusque opus. Hinc ille audacter aut ipse vitia tollit, aut tollenda aliis relinquit; hic contra vitiorum amator, nihil paene delendum, sed vel foedissimos lapsus retinendos iubet. Cuius rei culpa in librorum Mss. naturam et indolem transferenda est, quorum nullus est innumeris mendis non obsitus, nullus vetustate conspicuus, nullus igitur, qui

recensionis vel recognitionis alicuius prae ceteris fundamentum esse posse videatur. Hunc unum igitur nostri laboris fructum speremus necesse est, ut nec de via, quae sit in posterum ineunda, dubitetur amplius, nec codicum indoles propter notationes minus plene et accurate traditas quemquam lateat. Confiteor tamen, obfuisse mihi, quod libros, de quibus loquor, non inspexi ipse, sed aliorum ex acie oculorum et diligentia totus pendeo. Ita enim nonnulla incerta manent, quae si nulli essent dubitationi obnoxia, omnem quaestionem solverent. Neque tamen de felici eventu propterea desperandum fuit.

Ac primum quidem facile mihi sese obtulit duplex codicum familia, quarum altera libros GKOSV, altera FHIMm et Voss. comprehendit. Cuius cognationis unum ut statim ab initio ponam et luculentissimum quidem signum, hi libri (FHIMm et Voss.) cohaerent inter se versu 299 temere ex praecedentibus (vs. 283) illato, cfr. supr. p. 245 seq.; illorum contra ex numero GKV et si recte rationem duximus, O eandem argumenti enarrationem continent, quae duabus ex partibus constat, quarum altera quidem doctior et alibi etiam obvia, altera vero minus probabilis et his libris propria est, cfr. p. 300 seq. Quae res quum communem originem iam una prodere videatur, accedit et magna corundem mendorum copia et scripturae communio memoratu dignissima, quae rem conficit et alteri familiae etiam codices C et S assignandos esse docet. Sed iam accuratius de singulis agendum est.

De cognatione familiae prioris disputaturi, duo praemonenda ducimus, primum cod. O non accurate ab Ruhnkenio collatum esse [15]), deinde

15) Viderat iam Muetzellius, de emend. Theogon. p. 159. In meum usum eundem librum iterum amice inspexit Theodorus Muellerus, iuvenis doctus, qui nunc Parisiis studiis philologiae

cod. K in correctoris incidisse manus, qui imprimis ob metricas rationes multa immutavit, cfr. Appar. crit. ad vs. 24, 59, 93, 102, 147, alia scholia satis vulgaria et interdum adeo latine scripta adiecit, nec raro diversitatem scripturae addidit, qualem plerumque aut in ipso Aldino exemplari reppererat, aut certe ex libris illis, quos Aldino simillimos esse vidimus, hauserat, cfr. Appar. crit. ad vss. 12, 32, 54, 81, 85, 88, 105, 133, 134, 135, 138, 146, 154, 170, 171, 209, 237, 240, 250, 254, 255, 291, 303, 330, 395, 403, 407, 431, 442, 468. Saepe bene correxit veterem scripturam; interdum pessumdedit. Eius igitur de scriptura ita semper agendum est, ut quae manu prima exarata sunt ab iis, quae secunda manus addidit, accurate secernamus; quod quidem adiuti diligentia Matthaei facile possumus.

Communis igitur horum sex librorum origo ut pateat, iam id unum efficere videtur, quod post versum 263 male repetitus legitur vs. 253, cfr. p. 231. Sed accedunt alia scripturae eiusdem exempla, quorum potissima delibabo. In vs. 8 *οἷόν ποτε* contra metrum pro *οἷόντε* exhibetur; vs. 21 *ἔσσαν*; vs. 28 *ὄφρα* pro *ὡς ῥα*, v. 35 *ταννσφύρου Ἠλεκτρυώνης*, 54 *Ἰφικλῆα λαοσσόῳ*, 74 *πλὴν Ἡρακλέος*, 105 *πόληας*, 108 *δύσσεο*, 119 *τραχεῖα*, 131 *λαθηφθόγγοιο*, 137 *ἀδάμαντον* pro *ἀδάμαντος*, 138 *ἤρυτο*, 148 *πεπότατο*, 149 *σχετλία*, 151 *δύνουσιν*, 154 *τέτυκται*, 155 *φόνος τ' ἀνδρῶν* contra metrum, cfr. p. 183 ibidemque *ἀνδροκτασίης* in plerisque, 159 *αἷμα δ' ἔχετ'*, 167 *κυάνεοι*, 168 *ἦσαν*, 169 *κοτιέντων* et *τ' ἰεμένων* vel *τιεμένων*, 170 *τώγε*,

---

vacat; inde augetur mihi iudicandi facultas. Is notavit praeter ea, quae Ruhnkenius dedit, v. 11 *ἀπέκτεινεν*, v. 24 *πνέοντες*, v. 32 *τόθεν αὖθις*, v. 59 *πατέρα ὃν*, v. 65 *ἰεμένων*, v. 79 *ἤτοι* pro *ἤ τι*, v. 103 *ἠθεῖε ἦ μάλα*, v. 108 *δύσσεο*, v. 125 *ὅν ῥ' οἱ ἔδωκε*, v. 135 *αἴθοπι χαλκῷ* sed adscript. *εἵλετο*, v. 149 *εἵλντο*. Uno de versu dissensio est; in vs. 54 Ruhnk. *Ἰφικλῆα λαοσσόῳ*, Muell. *Ἰφ. γε δοριοσσόῳ* legit.

305 *ἀέθλων*, 311 *ἐπηνύσθην*, 317 *δονέοντο*, 326 *θαρσύνας*, 398 *τῆμος δὲ*, 399 *αἰόλονται*, 404 *δέ σφιν*, 437 *ὀροῦσα*, 446 *ἐπίσχες*. Sed etiam ubi dissident inter se, diversitas scripturae talis est, ut indidem cognatio intelligi possit, ut in vs. 142, ubi CS *ὑπερλαμπὲς*, V *ὑπεκλαμπὲς*, G *ὑπελαμπὲς* et O *ὑπὲ λαμπὲς* exhibent cfr. p. 177. vel in v. 145, ubi *ἔμπαλι δ'* et *ἔμπαλιν δ'* in his libris scribitur. Singula persequi est inutile, quoniam ex Apparatu critico quicunque cupit, potest ipse rationem rei perspicere. Id unum addendum est, C et S in plurimis cohaerere et cognatos esse, ut in vs. 25 *ἀγχίμαχοι*, 43 *δυσμοῦ*, 44 *ὡς ἄρα — ἐκτολμῶν*, 59 *ἄρη'*, 67 *δηιώσειν καὶ ἀπο, κλυτὰ*, 68 *ἐυχολέων*, 72 *πὰρ δ' ὡς* pro *πῦρ δ' ὡς*, 112 *φεύξασθαι*, 118 *διοτροφὲς*, 133 *αἴθοπι*, 171 *οὐδ' ἕτεροι*, 213 *ὑποχάλκεοι*, 254 *τίσας* pro *σχίσας* permire, et plurima alia. Contra in tot lectionibus hi libri omnes inter se diversi sunt, ut singuli eorum scribae plurima menda non tam reliquisse, quam intulisse videantur, quod est hominum aetatis infimae.

Ceterum ad idem genus codicum, quod hactenus tractavimus, L pertinet, quantum ex Gaisfordi notationibus non plenis, sed in parte carminis deficientibus colligi potest. Nam elucet similitudo aliqua et affinitas ex his exemplis, v. 155 *φόνος τ' ἀνδρῶν ἀνδροκτασίη* ex glossa metrum corrumpente, v. 34 *Ἰφικλῆα λαοσσόῳ*, 116 *μάλα γάρ οἱ*, 119 *τραχεῖα*, 125 *αἴθοπι χαλκῷ*, 142 *ὑπερλαμπὲς*, 165 *δὴ δαίετο*, 446 *ἐπίσχες*. Imprimis vero L et S inter se cohaerent; uterque enim liber v. 84 non *ἄρμενα*, vel *ἅρμενα*, sed *ἄρματα* et *ἅρματα* praebet; et v. 88 *ἐν* in S separatur a voce *ἀλίγκιοι*, in L omittitur. Sed scatet liber mendis innumeris, quorum nulla est utilitas [16]).

16) Imprimis saepe ut in voce *ἅρματα* peccatum est in fine verborum, ut *δόμον* pro *δόμους* vs. 1, *πληξίππον* pro *πληξίπποι* 24, *δόμοισιν* pro *δόμονδε* 38, *Ἰόλας* pro *Ἰόλαε* 118, cfr. 231, 410, alibi.

Accedimus ad alteram familiam codicum, quorum ex numero eum, qui in Anglia asservatur, H, non tam accurate descriptum habemus, quam reliquos. Neque tamen desunt certissima consensus exempla, quibus confidere licet. In vs. 35 *ταυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ*, dativo exhibetur, ubi E excepto reliqui genitivum praebent; 151 *δύμεναι* pro *δύνουσ'*, 153 *μελαίνῃ — αἴῃ*, cfr. p. 182, 155 *φόβος*, non *φόνος*, 169 *θ' ἱεμένων τε*, non *τ' ἱεμένων τε*, 199 *χειρὶ* pro *χερσὶ*, 215 *θέον* pro *τρέον*, 259 *ἀλλ' ἄρα ἥδε*, 305 *ἀέθλῳ* pro *ἀέθλων*, 317 *κλονέοντο*, ubi alii *δονέοντο*, 326 *φωνήσας* vel *φωνήσασ'* pro *θαρσύνουσ'* vel similibus, 350 *τοίνυν* pro *τί νυ* et *ἐπίσχες* pro *ἐπίσχετον*, 398 *τῆμος δὴ*, 428 *μάλιστα* pro *τάχιστα*, 435 *ἀχθόμενος* pro *ἀχνύμενος*. Addi possunt loci, in quibus est aliqua differentia, qui tamen eodem nos ducunt. In vs. 32 F *τάχα δ' ἔξε*, I M m *τάχα δ' ἔζε* praebent pro *τάχα δ' ἶξε* vel *ἴξε*. In vs. 28 *ὥς ῥα* omnes, nisi quod enclisis in nonnullis admissa non est cfr. p. 128. In vs. 250 pro *δεινωποὶ* scriptum in H *δεινωταὶ*, in reliquis *δεινωτοὶ*. In vs. 255 pro *εὖτ' ἄρ' ἄσαντο* vel *εὖτ' ἄσαντο* in H legitur *αὐτὰρ ἄσαντο*, in reliquis *αὐτὰρ ἔσσαντο*. In vs. 193 non *αἰχμὴν*, sed *ἔγχος* ex glossa legitur, F si excipias, in omnibus, sed alii *τ'*, alii *δ'* adiungunt. Denique in vs. 149 pro *φωτῶν* F I M *βροτῶν* et H *βρωτῶν* habet. Ceterum exemplorum copia in immensum augeri posset, praesertim si eorum locorum convenientiam contemplari vellemus, in quibus H non est apud Robinsonum commemoratus. Atque id quoque facile apparet, duo inprimis libros I m in tot erroribus concordes esse, ut paene nihil in altero legatur, quod non simul exstet in altero. Reliquorum ut qualis nexus sit perspiciatur, de

---

Saepe et consonantes et vocales confunduntur inter se, *τ* et *π* 32 et 442, *π* et *κ* 135, *ρ* et *κ* 42 et 142, *οι* et *ι* 33. Bonae frugis pauca reperiuntur; mire corrupta sunt multa, ut 457 *ἄρης ἔγχος*, quae sententiam plane pervertunt.

singulis quibusdam exemplis agendum videtur. In primo carminis versu memorabilis est scriptura F *οἵη* (*δὲ*) et IM *τοίη*; de H nihil commemoratur: m consentit, opinor, cum I; talis discrepantia quomodo nasci potuerit, vix intelligitur; illud apparet, magis corruptos esse IM, quam F, et F, quam H, si ex silentio recte colligitur, hunc librum vulgatam scripturam praebere. Idem apparet ex vs. 4, ubi IMm consentiunt in perversa lectione *ἦν ῥα*, quae quid sibi velit, nulli perspicietur. In vs. 7 *κυανέων* servarunt omnes. In vs. 10 *οὔπω τις* recte est in F scriptum, *οὔπω τι* in M male. Sed in vs. 29 M solus servavit veram scripturam *φυτεύσαι*, dum reliqui *φυτεῦσαι* minus bene exhibent. In vs. 32 *τότε δ' αὖτις* unus H recte exhibet, reliqui in diversa abeunt, sed in *τόθεν* consentiunt omnes. In vs. 49 *Θήβῃ ἐν ἑπταπύλῳ*, *ἐν* omittunt Im. *ἐφ'* habet H, quod ferri non potest. Inter F et H quae ratio sit, docet vs. 200, ubi H exhibet *ἐπιδ' ἔρχετο* et clausulam versus reticet; in F vero legitur »*λείπει κἀνταῦθα*« cfr. p. 205. Fortasse simile quid admissum erat in vs. 265 cfr. p. 232, quanquam nunc nos latet. Sed praestat talia lecturis relinquere; quorum quicunque cupit, ex Apparatu potest exempla petere. Neminem enim fugiet summa rei, licet in singulis discrepent, tamen libros inter se simillimos esse et ab altera familia recedere solere.

At supersunt libri, quos hactenus ab his familiis seclusimus, quorum nulli potiores nobis fuere, quam A, qui Boissonadio iudice inter libros Parisinos, qui Scutum exhibent, primum locum occupat, et B, qui ideo imprimis nobis utilis fuit, quia accuratissime a Koehlero descriptus est [17]).

17) Ex hac accurata collatione Koehleri imprimis cognoscitur, in correctoris manus hunc librum incidisse, qui codicem aliquem nactus et ex eo et ex ingenio menda nonnulla sustulerit ut v. 11, 14, 85, 88, 90, 91, 156 alibi, sed plurima aut intacta reliquerit, aut adeo nova invexerit, cfr. App. crit. ad 6, 40, 49,

Hi libri ipsi inter se conveniunt, ut in vs. 464, ubi *αἶψ'*, quod uterque non habet, in altero supra lineam, in altero in margine adiectum est, cfr. p. 286; in vs. 314, ubi *πέλεν* uterque habet, et in B. mg. *γρ. ῥέεν* adiectum est, v. 326 *θαρσύνουσ'*, 344 *περιστενάχιζε*, alia. Sed unum est, quod eos disiungit; vs. 299 est in B, deest in A. Nec tamen inde recte colligas, A priori, B posteriori codicum familiae adnumerandum esse, quippe qui nonnulla cum utraque familia communia habent, in aliis vero plurimum ab utraque dissident. Videntur igitur, ut iam antea de cod. B. affirmavi, ex pluribus exemplis descripti esse.

Pretii haud minoris est liber Venetus Triclinii, sed diversae prorsus indolis ac naturae. Quum enim reliqui libri plurimis in locis magnam mendorum multitudinem exhibeant, ex scribarum inscitia ortam, qui quidquid reppererant, aut transscribebant cum omnibus lapsibus, aut incauti magis etiam corrumpebant: Triclinius contra, vir Graecae linguae, epicae dialecti, artis metricae pro aetatis illius rationibus peritissimus et propterea in emendandis, ut sibi videbatur, veterum poetarum carminibus audacissimus, quaecunque falsa essent, tollere consueverat. Quae res quam infeliciter ei saepe evenerit, Sophoclis tragoediae ostendunt, ab hoc emendatore saepe corruptae. Minus profecto periculum erat in epico carmine, cuius rationes poterant illo tempore ex Homero notiores esse. Nec potest opera eius, quam Hesiodo navavit, vehementer reprehendi. Quaecunque enim ex vulgaribus legibus artis metricae et grammaticae facile

50, 163, 214, 339. Metrorum prorsus imperitus fuisse videtur, cfr. ad v. 6. Aliud exemplum praebet vs. 305, ubi rem grammaticam adiuvit, metricam vero omnino non tetigit. — Duplex scriptura notatur in B 146 *πλῆτο*, 147 *μετώπου*, 165 *θωϊτὰ*, 195 *παρὰ*, 245 *ἐμεμαρπτον* m sec., 314 *ῥέεν*, 317 *δονέοντο*, 432 *ἐς ἅντα*; in A 28 *ὄφρα*, 46 *ἐκτολμήσας*, 147 *μετώπου*, 261 *παῖσαι*, 317 *δονέοντο*, 326 *φωνήσας*, 414 *ἔμβαλε*, 417 *μακρῷ*, 454 *σπερχνὸν*, 469 *νίσσοντ'*.

corrigi poterant, paucis exceptis, ut 232 *ὀρυγμαδᾷ* pro *ὀρυμαγδῷ*, 310 *ἔχον* pro *εἶχον*, vere emendavit [18]). Praeterea adiumentis, quibus eum uti potuisse scimus, Diaconeis scholiis non imprudenter usus est. Culpandus igitur eam unam ob caussam est, quod nimis audacter interdum in poetae verba grassatur. Cuius cupiditatis exempla luculentissima haec sunt, v. 25 *ἐγχέμαχοι*, 36 *εὐνῇ ἐν φιλότητι*, 94 *ἐπέτειλεν* pro *ἐπετέλλετ'*, 116 *μύθῳ*, 130 *δέ τοι ἔσσαν*, 330 *ἄλλο δέ τοι ἔπος ἐξερέω*, 339 *μέν τι*, 387 *φορέει θυμῷ μάχεσθαι*, 389 *στόμασιν χιόωντι*, 414 *χάλκεον ἔγχος ἐλάσσας*, quorum nihil, ut equidem censeo, probabile.

Difficilior est quaestio, quem librum Triclinius praecipue sequutus fuerit, quoniam antiquiores libri non exstant. Sed id quidem affirmare audeo, familiam, quam secundo loco descripsi, vel certe codicem similem eum non habuisse ante oculos, cfr. supr. ad vs. 36. Plura vero cognationis vestigia in altera familia [19]), plurima in cod. A. repperi. Imprimis memoratu dignus est vs. 389 ubi A habet *στόμα στιχόωντε* et Tricl. *στόμασιν χιόωντι* scripsit. Sed accedit, quod eandem uterque liber scripturam tenet in 255 *εὖτ' ἄρ ἔσσαντο*, 278 *ἀοιδὴν*, 222 *νόημα ποτᾶτο*, 206 *μελπομένῃς*, 147 *προςώπου*, 291 *ἔπιτνον*, 437 *ὀρούσῃ*, alia. Nihil tamen eorum tanti est, ut certam possis sententiam ferre. Quod igitur per se verisimile erat, Triclinius quoque pluribus usus est libris, ex quibus textum suum constituit. Nam illud sumi non potest, Triclinio licuisse alium librum consulere, nostris multo meliorem et praestantiorem: quippe qui ipse sua manu Diaconum

---

18) Cfr. *κνανεάων* v. 18, *ἀπέκτειν'* 11, *θανματὰ* 165, *Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός* 202 alia. Huc trahendum etiam *ν* in fine verborum additum, quod Tricl. per totum carmen unus perpetua cura adiecit.

19) Cfr. 151 *δύνουσιν*, non *δύμεναι*; 85 *ταυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ*, non *ταυσφύρου Ἠλεκτρυώνης*.

descripsit et ex eius commentario adiumenta textus restituendi petiit.

De reliquis libris EN et Voss. ad posteriorem familiam pertinent, D et P ad priorem.

Restat, ut de Diaconi textu loquar, et aut cognationem eius cum vulgaribus exemplis aut discrepantiam ab iis explicem. Cuius rei enarratio impeditior est, quia multis in locis magis divinare, quam scire possumus, quae verba quasque formas ille legerit: in aliis vero ne divinationi quidem locus est. Saepe enim aut voculas eas, in quibus menda admiserunt librarii, omisit, ut non necessarias ad sententiam poetae universam intelligendam; aut tam paucis verbis utitur, ut nihil certi inde colligere possis. Ita in vs. 35, ubi nostri libri exhibent aut *ταννσφύρου Ἠλεκτρυώνης εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη*, aut *ταννσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ* cett., Diac. nihil nisi *ἐμίγη τῇ Ἀλκμήνῃ* [20]). Quare saepe in quaestionibus subtilioribus, ubi maxime optes, a Diacono nihil auxilii sperari potest.

Ac profecto pauca sunt exempla, in quibus Diaconus a libris scriptis prorsus dissidet, et meliorem ut videtur scripturam praebet, ut in vs. 212 *ἐθοίνων* p. 209 seq., 246 *ἴσαν*, 251 *δὲ ἵεντο* vel *ἴεντο*, 258 *ἦ δὲ ὑφήσασν* p. 228, *ἦμος δὲ* 398, alibi, neque semper certa res est et a dubitationibus libera. Sed in plerisque locis, ubi prior librorum familia (CGKOSV) a posteriore recedit, cum illa convenit Diac., eiusque lectiones sua auctoritate firmat. Ita *πλὴν* habet, non *πρὶν* vs. 74, *τ' ἰεμένων* 169 non *θ' ἰεμένων*, *θαρσύνουσα* 326,

20) Similiter vs. 54, ubi *Ἰφικλῆα λαοσσόῳ* aut *δορυσσόῳ* aut *γε δορυσσόῳ* legitur, apud Diaconum simpliciter est: *»τὸν δὲ Ἰφικλέα«*, adiectivo prorsus praetermisso, in quo scripturae discrepantia reperta est. Adde vs. 79, propter *μετ'* p. 150, vs. 170 propter *τώγε* vel *τῶν γε* p. 191, vs. 243 propter *χάλκεον*, alia. Praeterea saepe inde nascitur dubitatio, quod ignotum est, utrum eadem voce voluerit, quae in textu est, an alia uti ad illam explicandam, ut in vs. 239, ubi *ὑπὲρ* nihil esse possit, nisi interpretatio praepositionis *ὑπό*, vel *ἀπό*.

τάχιστα 428, ἀέθλων 305, σάκος 461 et 364, non σαρκός. Atque alter etiam paraphrastes ad eandem inclinat familiam; certe neque peculiare illud mendum versus male repetiti 299, casu exortum, habet; neque in aliis erroribus consentit.

§. 2.

De communi codicum origine.

Hactenus de singulis libris, in quibus Scutum Herculis servatum est, eorumque et cognatione et discrimine diximus: iam consideremus, num quid omnibus commune sit et ad eandem eos originem revocare videatur.

At statim ab initio fortasse tali refragabitur aliquis sententiae propterea, quod tantam, quanta paene in singulis quibusque versibus apparet, errorum cuiusvis generis multitudinem ex uno vel paucis codicibus duci potuisse, vix credibile sit. Neque est diffitendum, mendorum copiam paene immensam esse. Sed est discrimen aliquod idque maximum inter ea, quae variae lectionis nomine vulgari solent: cuius pars quidem antiqua est et ex veteribus libris repetenda, pars vero recentissimae originis nihil nobis nisi librariorum lapsus praebet, partim ex negligentia in carminibus describendis, partim ex inscitia Graecaeque linguae imperitia natos. Horum autem nostro quidem in carmine multo maior est numerus. Ac possunt errorum certa quaedam genera et classes constitui. Primum enim, quoniam in usu erat Graeculis recentioribus, non solum in margine carminum scholiorum farraginem addere, sed etiam ipsis versibus singulis glossas interserere, quid mirum, si saepissime glossis in textum illatis carmina corrupta et pessumdata sunt? Hoc genus corruptelae latissime patet nostroque poetae saepius, quam aliis, vulnera inflixit. Non-

nulla tantum exempla afferam. In B ἐξ ἐναντίας est in textu vs. 432 et ἐς ἄντα in margine positum, tanquam diversa scriptura. In C vs. 5 εἴδεϊ τ' ἐν ex Diac. (cfr. p. 119.) legitur. In GOSV ὑσμίνη μάχη iunctim exstant et simul tollunt numeros et sententiae integritatem. Deinde magna pars earum lectionum, quibus familia codicum posterior insignis est, huic caussae originem suam debet. Qua enim alia ratione 149 βροτῶν pro φωτῶν in fine hexametri ortum esset, quod H in βρωτῶν ad numeros restituendos mutavit? ἔγχος pro αἰχμὴν vs. 193, ἀχθόμενος pro ἀχνύμενος vs. 435 et permulta similia nemo non eodem trahet. Idem etiam genus corruptelae mihi esse videtur, ubi vulgares formae vocum singularum prò epicis et poeticis reponuntur, ut θαυμαστὰ pro θαυματὰ vs. 165, μελαίνῃ pro κελαινῇ 135, quorum exemplorum tanta est hoc in carmine moles, ut in singulis paginis appareant.

Deinde nihil tam foedos peperit lapsus, quam numerorum reique metricae ignoratio, quae una plerumque impedire potuisset, quo minus glossae textum occuparent. Nam Triclinio excepto, librarii omnes, qui codices Hesiodeos quos vulgavi descripserunt, artis metricae ut qui maxime rudes se ostenderunt. Nullo enim modo in primo versu τοίη nasci (IM), in vs. 6 κυανέων servari in plerisque libris, vs. 8 οἷόν ποτε inferri potuisset, si versus heroici natura his scribis comperta fuisset. Scatent autem codices ubique similibus erroribus; nec qui eos corrigere conati sunt, hac in re multum praestiterunt. Certe corrector cod. B. ut vs. 6 θνητοῖσι, ita plurima alibi pessime invexit; unus qui cod. K. emendavit, reliquos superavit. Talia autem quis posset ad antiquos criticos et grammaticos referenda putare? Immo, ipse horum mendorum numerus recentissimam aetatem prodit, qua veterum opera describebant quidem, sed emendate et sine erroribus propagare non poterant. Sua igitur sibi scribae singuli peccata infe-

rebant. Itaque nihil frequentius, quam ubi diphthongis opus erat, vocales simplices, ubi simplicibus diphthongi. In consonantium usu sexcenties similiter peccatur. Digamma non noverant, nec subtiliores leges hiatus aut caesurae. Quid multa? quaecunque ad versus recte digerendos necessaria sunt, ad unum omnia ignorabant.

Huic caussae adiungenda est ea, quae rerum grammaticarum et omnino linguae Graecae in ignoratione cernitur. Quoniam enim vulgarem quidem Graece dicendi rationem callebant, qualis tunc in scholis ferebatur, si quid repertum esset subtilioris indaginis, quod legibus illis non respondere videretur, proni erant ad emendandos vel tollendos versus, cfr. vs. 185 et 188. Imprimis formae nonnullae rariores hoc modo ab omnibus sunt corruptae. Atque quae intacta reliquerunt, ea saepe perversa ratione sibi explicare studuerunt.

Quartus fons errorum in eo positus est, quod qui codices describebant, si archetypis utebantur, in quibus unciales quas dicunt litterae usurpatae erant, difficultates superare non poterant, ex interpunctionis et signorum prosodiacorum defectu natas. Huic rei innumera debentur in nostro carmine menda. Nam paene nullo in loco elisio admissa est, in quo non a diversis scribis vehementer peccatum fuerit. Exemplis non opus est. Eadem ex caussa in tot dubitationes de spiritu et accentu singularum vocum incidimus. Praeterea imprimis saepe vocabulorum clausulae corruptae circumferuntur.

Ad quintam caussam progredimur, satis frequenter iam in Apparatu critico commemoratam et fortasse etiam frequentius producendam. Nam quia nostri carminis poeta apertus est Homeri imitator, fieri non poterat, quin qui haec perlegebant describebantque, versuum et vocabulorum reminiscerentur, quibus Homerus usus fuerat. Talia autem etiam adscribi solent, et aut cum verbis eius carminis misceri, cui adduntur, aut ea adeo de loco

suo pellere: id quod mihi quidem saepissime nostro in carmine admissum esse videbatur [21]). Omnium caussarum, quas attuli, haec est honorificentissima, quaeque non ad infimam solum aetatem pertinet, sed iam antiquitus errores genuit.

Plura quum addere possim: tamen his acquiescendum duco; sufficiunt enim ad explicandum, cur in diversis libris saepe aequali modo scribae lapsi fuerint. Iam quo plures librarii fuerunt eius generis, qui libris describendis operam navarent, eo maior erat mendorum numerus, qui non impedit, quo minus unum codicem vel paucos certe initio exstitisse sumamus, ex quibus reliqui descripti sint.

Sunt vero certa quaedam eiusdem originis testimonia. In scholiis antiquioribus, quae Tzetzae nomine feruntur, supersunt nonnulla variae lectionis vestigia, ex studiis grammaticorum veterum ad nos perlata, quorum tamen numerus tam exiguus est, ut cum Homericis scholiis comparari haec nostra nullo modo liceat. Ac minuendus etiam numerus est multo magis, quam videri possit. Nam quae ex Mon. cod. innotuerunt, ex parte quidem recentissimae sunt originis, ut ea ostendunt, quae de versu 299 dicta sunt cfr. p. 245; pertinent enim ad scripturam librorum A et B, et sunt a viro docto recens inserta, ut ea quae leguntur ad vss. 85, 88, 224, 245, 461, non ab antiquis grammaticis profecta. Relinquuntur igitur fere haec pauca, 144 *ἀδάμαντος* et *δρᾴκοντος*, 291 *ἔπιτνον* et *ἔπιπλον*, 317 *κλονέοντο* et *δονέοντο*, 415 Seleuci coniectura *χαλκός* et vulgaris scriptura *χαλκόν*, et fortasse 44 *ἐκτολμήσας* et *ἐκτολυπεύσας*, quorum duo *ἀδάμαντος* et *χαλκός* in libris

21) Non dici potest, in quot locis haec corruptelae caussa locum habeat. Etiam in accentu ponendo interdum Homericam rationem male interpositam esse, *ἄατα* docet in C fort. ex Il. 19, 91, 129 repetitum. — *φῦλα* pro *φῦλον* positum in vs. 4 eodem pertinet cfr. Pass. s. v.

nostris frustra quaeruntur, reliqua vero partem certe codicum occuparunt. In Diaconi scholiis paraphrasticis harum diversarum lectionum ne mentio quidem facta est; legit ille *δράκοντος, ἔπιτνον, κλονέοντο, χαλκὸν*, et *ἐκτολυπεύσας*, quantum ex eius enarratione intelligitur; praeterea vero meminere technologica sch. discrepantiae vs. 289 *κορυνιόεντα* et *κορωνιόεντα*, de qua cfr. p. 241. Haec igitur tam exigua numero, ex codicibus augentur quidem, sed si eae lectiones, quae non e mero librariorum errore repetendae sunt, a mendis inutilibus accurate discernuntur, admodum leviter. Nam in primis 56 versibus reperimus nonnisi haec: 23 *ἰέμενοι* et *ἰέμενοι*, 25 *ἀγχέμαχοι* et *ἐγχέμαχοι*, 28 *ὄφρα* et *ὡς ῥα*, 32 *τόθεν αὖθις* et *τότε δ' αὖτις*, 35 *ταυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ* et *ταυσφύρου Ἠλεκτρυώνης*, 44 *ἐκτολυπεύσας* et *ἐκτολμήσας*, 54 *Ἰφικλῆα δορυσσόῳ* et *λαοσσόῳ*, eaque ipsa si diligentius examinantur, ultimo exemplo excepto, evanescunt omnia. Nec alia est reliquarum partium ratio. Advertenda enim vs. 65 *ἰεμένων* et *ἰεμένων*, 74 *πλὴν* et *πρὶν*, 75 *κείνῳ* et *κείνων*, 79 *ἤ τί* et *ἤ τι*, quorum illud iam in scholiis antiquioribus explicatur, 81 *Τίρυνθα* et *Τίρυνθον*, 85 *ἱκέτησι· τίον* et *ἱκέτη· τῖον*, si vera est sententia mea, *κηρόθι* et *τηλόθι*, 88 *φυὴν* et *φρένας*, 95 *φοινικόεντα* et *σιγαλόεντα*, 105 *πόληα* et *πόληας*, 108 *ἀλλά γε* et *ἀλλ' ἄγε*. Sed non est, quod haec omnia iterum exscribam, quae cuivis ex apparatu critico patent. Paene nihil in his omnibus, de quo non sine haesitatione iudicare liceat. Quare Fr. Thierschii sententia, qui in multis versibus huius carminis duplicem fuisse antiquitus scripturam contendit, Gr. Gr. p. 217 not. (ed. tert.) certis quibusdam limitibus circumscribenda est.

Quod unum quum iam ita comparatum sit, ut a recensionibus diversis avocare mentem et possimus et debeamus: accedit altera caussa non minus firma. Ubi enim verae difficultates in carmine

nostro insunt, et versus corrupti reperiuntur, nulla e nostris libris medela peti potest. Conveniunt enim plerumque omnes. Ita in vs. 13 nullus est, quin γὰρ exhibeat male illatum; in vss. 55 et 56, quos ego quidem tueri studui p. 136 seq., alii vero critici, quorum sagacitatem et ingenii acumen mihi longe praefero, damnandos putarunt, summa est in fontibus nostris consensio; in vs. 79 μετ' apud omnes legitur, in vs. 85 ubi τίον δέ ἑ scribendum esse suspicatus sum, in alia omnes abeunt; in v. 144 ἀδάμαντος nullus recepit; denique versus 156 — 159 ex Homero translati in Hesiodum sententiarumque nexum turbantes, et apud scholiastas et in libris sine omni suspicione repetuntur. Alia praeterimus. Id enim iam apparuit, opinor, si ex nostris fontibus diversae scripturae aliquid colligere volumus, recensionem duplicem nostri carminis recte sumi non posse, nec esse librorum originem diversam ulla ratione probabilem.

Neque tamen hoc ita intellectum velim, tamquam mihi cum Muetzellio conveniat, qui omnia Theogoniae exemplaria ex uno eodemque codice originem duxisse, saeculo septimo vel octavo forte fortuna conservato perhibet, cfr. de emend. Theog. praef. p. XIII. Tale quid neque de Theogonia, neque de Scuto affirmaverim; neque est verisimile. Huius iudicii equidem unum modo, sed sufficiens, ut puto, argumentum promam. Nam etiam ex antiquioribus testibus, qui rari quidem exstant, sed non desunt tamen, paene nulla, quae alicuius momenti esset, lectionis discrepantia notatur. Verum quam antiqua sit textus nostri conditio, postea videbimus: nunc demonstrare volui, diversas recentiorum codicum familias facile discerni, sed eas omnes ex eadem origine repetendas videri.

§. 3.

De textus nostri aetate universe.

Scutum Herculis carmen esse mire compositum, et vix carminis nomine dignum, dudum intellectum est. Licet enim singulae quaedam partes eius vere praeclarae sint, et pulchritudine sua et virtutibus poeticis ita splendeant, ut Homerum decere videantur: tamen si, quod summum est in carminibus, harum partium nexum consideras, si eundem ab initio ad finem usque enarrationis cursum quaeris, si unum et simplex compositionis genus exspectas, horum omnium nostro in carmine nihil reperies. Ac primo statim adspectu duas esse carminis partes inter se male cohaerentes perspicies, quarum prior Alcumenae laudes et Herculis originem enarrat, posterior Herculis pugnam cum Cycno quodam, Martis filio, describit. Deinde pars prior initio truncatam sese ostendit: et posterior etiam tam solute priori adiuncta est, ut ipsa per se stare nequeat. Postremo media in parte posteriore Scuti descriptio addita est, quae ipsa quamquam per se non improbabilis, tamen si nihil poeta nisi pugnam cum Cycno describere voluisset, huius enarrationis cursum vehementer impediret, et mentem lectoris ab re summa avocaret.

Itaque si quo alio in carmine, quod ex antiquitate ad nos delatum est, iustae dubitationes ortae sunt, utrum vere ita ut feruntur, ex poetae ingenio fluxerit, necne: in hoc ne dubitandum quidem esse videri poterat. Tamen eandem hanc iuncturam partium diversarum antiquitus et exstitisse et carminis nomine venisse, praeter exspectationem nostram facile cognoscitur. Iam enim Aristophanes Byzantius cfr. p. 21 — nam de scholii illius pretio non esse dubitandum puto — partem priorem carminis a posteriore diversam non novit solum, sed

etiam unde translata esset docuit: et de posteriore prorsus eodem modo, quo sobrius quivis lector hodie solet, iudicavit. Deinde quae de Iolao Herculis sodali Apollonius Rhodius dixit, idem confirmant. Ac si Seleucus vs. 415 *χαλκὸν* in *χαλκὸς* mutandum esse suspicatus est, hac caussa adiecta [22]): »*ἡ γὰρ ἀσπὶς οὐκ ἐπεποίητο ἀπὸ χαλκοῦ*,« cfr. p. 40, id quoque praeclare cum ea forma carminis, qualis hodie est, convenit. Denique quae Longinus de sublim. orat. IX, 5 reprehendit, eadem nunc quoque non aliter nostris leguntur in exemplaribus. Possem, si necessarium esset, ex aetatibus posterioribus similia multa addere. Sed iam constat, miram hanc carminis compagem, qualem videmus, non segnitia aut fraude infimae aetatis, ut dicere solent, coaluisse, sed Aristophanis Byzantii aetate sub Hesiodi nomine circumlatam esse.

Haec de carminis forma universe. In singulis vero versibus nostro emendatiorem fuisse Alexandrinorum textum, temere negare quis audeat? Sine labe enim nullus omnino Graecorum liber turpi ex barbarie aevi indocti, quod Alexandrinos grammaticos sequutum est, evasit. At si quis magnum esse putat discrimen idemque si fieri non posse opinatur, ut ad similem integritatem nostrum textum revocemus: is nec me assentientem nec quemquam, ut arbitror, habebit eorum, qui seriem scriptorum, apud quos huius carminis mentio iniecta est, accurate contemplari et perpendere voluerint. Unum ex mendis, quod nostros libros occupavit, idque vel foedissimum, Eustathii aetate carminis cursum fortasse nondum turbabat. Is enim ubi de Il. XVIII, 535 seqq. disserit, quos male in Scutum translatos esse vidimus, non eosdem, ut par erat, sed similes deos ab Hesiodo usurpari con-

22) Seleuci suspicio unde nata sit, intelligitur ex scholl. Venn. ad Hom. Il. III, 348. VII, 259. XVII, 44.

tendit: »ὅτι δὲ Ὁμηρικῷ ζήλῳ καὶ ἡ τοῦ Ἡσιόδου ἀσπὶς τοιαῦτα δαιμόνια ἔχει ὁμιλοῦντα τῇ μάχῃ, ὁ ἐντυχὼν εἴσεται« p. 1261 ed. Rom. Loquitur igitur de vss. 259 sqq. et hos subditicios prorsus ignorat. Aliorum origo lapsuum non antiquior, cfr. App. crit. ad vs. 294 et 299 et alibi.

Quae quum ita sint, meam de rebus in hoc capite tractatis sententiam paucis verbis comprehendere potero. Multi supersunt Scuti codices; sed duo vel tres si noveris, nosti omnes, quia nihil sunt, nisi apographa duorum vel trium exemplorum, quae ex barbara Byzantinorum disciplina servata et in Italiam translata sunt. Forma vero carminis, quam praebent, turbata quidem incredibilibus et innumeris mendis est, sed talibus, quorum pleraque pars et agnosci facile potest et tolli, nec nisi recentissima demum aetate invectis. Quae si sustuleris, proxime accedes ad eam textus recensionem, quae ex Alexandrinorum manibus prodiit.

Satis tuto igitur nobis quaestionem iam universo de carmine instituentibus procedere licebit.

Caput tertium.

Scutum Herculis cum Homericis et Hesiodeis carminibus comparatum.

---

§. 1.

Imitatio Homeri in rebus.

In historia poesis epicae Graecorum si tres aetates inter se discernimus, quarum prima artis initia et iuveniles quasi progressus complectitur, tertia eius senectutem crescentemque debilitatem continet, eaque quae medium inter has locum tenet, Homeri nomine nobilitata, summamque nacta est perfectionem et praestantiam: Hesiodum in confiniis secundae et tertiae aetatis collocare consuevimus. At quae eius sub nomine feruntur carmina, tam diversum prae se ferunt colorem, ut vix uni eidemque aetati, nedum uni homini adscribi possint. Quare suam sibi et peculiarem singula curam poscunt, si quis de iis recte iudicare et ad fluctus diversarum opinionum componendos aliquid conferre conatur. Nihil autem magis necessarium est, quam quo nexu cum Homericis Hesiodeisque carminibus colligentur, ostendere.

Scutum Herculis imitatoris opus esse, nec Aristophanem Byzantium fugit, nec quemquam la-

tebit, cfr. Heinr. Prolegg. p. LVII seqq. Nam si ad Homerica primum carmina animum advertimus, imitatio cernitur in eo, quod carmen nostrum descriptio est operis arte facti, non rei gestae enarratio, eaque mediae enarrationi ita inserta, ut eam per tempus aliquod ex oculis nostris eripiat; deinde quod ea descriptio humanae artis limites longe supergreditur, quare Vulcanus traditur operis effector fuisse; tum quod reliquorum armorum splendorem longe Scutum vincit, cui describendo magnus versuum numerus conceditur; postremo quod in usum haec omnia heroum, quibus nihil simile in orbe terrarum fuit, deorumque iussu et suasu facta sunt. Sed maior etiam videbitur similitudo, si ad singulas descriptionis partes transimus. Uterque enim poeta Oceanum in ora Scuti posuit; uterque duas urbes finxit, alteram pacis tempore laetissimam florentissimamque, alteram belli calamitatibus oppressam; uterque opera rustica, vinitores, choreas, nuptias, uterque Martem et Minervam, uterque deos deasque praeliorum praesides expressit; uterque navigationem inter hominum negotia praetermisit, cfr. Eustath. ad Il. p. 1153 et 1161 Rom.; uterque omni metallorum ornatu, quorum cognitionem habebat, Scutum suum decoravit.

Rarissimi vero sunt imitatores, qui nihil nisi aliorum vestigiis inhaerere volunt; plurimi simul aemuli esse solent eorum, quorum similitudinem captant, et contentione superandique cupiditate impelluntur. Neque noster poeta ab hac periculosa aemulatione abstinuit. Quare ubi exemplum suum relinquit, ibi quoque sese imitatorem prodit.

Qua in re explicanda verbis Servii (ad Virg. Aen. VIII, 625) utimur, a Lessingio Laocoont. XVIII, praeclare usurpatis: »Sane interest inter hunc et Homeri clypeum: illic enim singula dum fiunt narrantur: hic vero perfecto opere noscuntur.« Cuius mutationis quae caussa fuerit, mihi quidem videtur apertissimum esse. Homerus enim

quum ex epicae poesis legibus, ab Lessingio optime intellectis, non posset nobis nisi Vulcanum operis singulas partes perficientem producere: hac ipsa re impediebatur, quo minus ordinem imaginum, quales Scuto absoluto cerni a spectatore singulae deinceps potuissent, simpliciter sequeretur. Hinc difficultates illae obortae sunt viris doctis, qui digerendis singulis figuris Homericis operam dederunt. Itaque num quid putas imitatori, cuius illud ipsum consilium animo insidebat, Scuti descriptionem Homericam, si fieri posset, superare, et facilius visum esse et magis necessarium, ut rem propius ad artis normam institueret, quam meliore et accuratiore figurarum ordine invecto, totam Scuti indolem et naturam coram spectatorum oculis planius et rectius monstrare? Talia enim imitatores semper rimari solent. Ab umbone igitur Scuti Hesiodei auctor ad oram eius progreditur, et medio etiam in carmine, si non ubique, in iis certe locis, ubi imprimis necessarium videbatur, figurarum ordinem audientibus vel legentibus accurate aperit[23]). Haec ratio mihi imprimis propterea probabilis est, quia in armorum reliquorum descriptione rectam viam non reliquit, sed ita ut in exemplo suo viderat, Herculem sese armis induentem proposuit, cfr. Lessing. Laoc. XVI. Ceterum memoratu dignum, quod qui postea Scuta heroum descripsere, plerumque hac in re non Homeri, sed imitatoris nostri exemplum sequuti sunt.

Aliud discrimen inter Scutum Homericum et nostrum Eustathius iam observavit: »τὰ δ' ἄλλα πολλὴν ἔχει φαιδρότητα καὶ λαμπρᾶς μετέχει τῆς ἱλαρότητος, οὐκ ἀφιεῖσα κατανεανιεύεσθαι τῆς Ὁμηρικῆς ὁπλοποιΐας τὴν Ἡσιόδου φιλότιμον ἀσπίδα, ὡς ὁ ἐντυγχάνων εἴσεται.« ad Il. p. 1154 Rom. Homerum enim

23) De Scuti Hesiodei figuris in ordinem digerendis non est, quod singulatim exponam. Otium enim in plerisque fecit mihi Od. Muellerus, quocum, ubi non disertis verbis in contrarias partes disputo, consentio.

belli saevitiam imaginum suavitate ex vita hominum desumptarum lenire voluisse, non est improbabile: hic contra nihil tam saepe inculcat, quam terrorem pavoremque, ex ipsis figuris in Scuto expressis orientem, cfr. 144, 149, 162: ita ut uno Scuti adspectu iam hostes Herculis prosterni potuisse videantur. Cui rei posteaquam satisfactum videbatur, tum demum coepit etiam artis perfectionem, in toto opere singulisque eius figuris fabricandis probatam, celebrare, 189, 244, alibi.

Deinde quod Heynius in Homerico scuto vehementer reprehendit, tom. VII, p. 518 seq.: »Clipei autem huius omnino nulla est ratio ad carmen eiusque argumentum; nihil inest, quod coniunctum sit cum ipsa Iliadis ratione, nullam habet vim ad declarandam Achillis virtutem, facta, eventa etc.«, id iam noster sensisse videtur: certe evitare studuit. Homerus enim praeter Martem et Minervam, quos deos paucis verbis tetigit, nihil plane commemoraverat, quod esset ex mythologia sive ex historia petitum. Noster vero non solum hos retinuit et pluribus etiam versibus ornavit, vs. 191 seqq., sed eam rem praeterea ita instituit, ut arcte cum argumento cohaereret. Nam ut Mars et Minerva Lapithas et Centauros pugnantes adiuvant, ita iidem Herculis et Cycni praelio intersunt, et eadem ni fallor ratione, ita ut Minerva et Lapithis faveat et Herculi, Mars vero et Cycno et Centauris. Sed luculentius eius rei exemplum Perseus est, proavus Herculis, qui hanc ob caussam non immerito sibi locum in hoc Scuto vindicavit, cfr. Heinr. Comment. p. 168. Atque in ipso carmine inest stirpis huius commemoratio, vs. 307.

Quae quum ita sint, veri similis est veterum suspicio aliqua, nostrum poetam ipsam urbem Thebanam Scuto intextam proponere voluisse, cfr. Heinr. l. l. p. 190. Nam in Homero quidem nihil est nisi infelix lusus ingenii, quod Agallias Corcyraeus excogitavit, Heyn. l. l. p. 527, urbes duas a poeta

significatas Athenas esse et Eleusina; nostro autem in poeta, in quo reliqua concinunt, atque septem portae commemorantur, quibus Thebae designari solent, habet illud profecto, quo sese nobis maxime commendet.

Denique singulis in figuris haud raro aliam quam Homerus viam iniit. Terram enim, coelum, stellas, quae omnia quomodo sibi poeta in Scuto expressa cogitaverit, difficile dictu est, praetermisit, addidit Olympum, maris portum, spectra terrifica, capita serpentum, pugnam aprorum et leonum, quae solita sunt apud antiquos artium argumenta. Duas urbes uterque descripsit; sed noster ab urbe bello petita coepit, Homerus ab altera; hic in urbe pacata festos dies et publicum iudicium adumbravit, et altera urbe addita, tum demum arationem, messem, vindemiam, pascua armentorum et ovium, in fine choros adiunxit; ille vero primum mediam urbem nobis et illustrem pompam nuptialem monstrat, deinde extra urbem singulos homines singulis equis insidentes, postea aratores, messores, vinitores et reliquos in Scuto depictos fuisse narrat; non imprudenter, opinor. Nam ita demum pacis bellique artes, et huius suavitas, illius pericula perspicue ante oculos ponuntur; cohaerentque omnia longe accuratius, quam apud Homerum. Ceterum memorabilis est ordo rerum, qui in his explicandis cernitur, imprimis quod vindemiam [24]) certamina ludicra, pugilatus, lucta et certamen curule sequuntur, quibus mediis venatio interiecta est. In hac autem parte, quae ad exemplum Homeri facta est, longe brevius omnia enarravit, ne repetere cogeretur, quae iam praeclare descripta erant. Oceanum denique uterque in ora clypei posuit, sed noster cycnis et piscibus exornavit, cfr. Heyn. ad Il. XVIII, 606.

24) Piscatum a reliquis humanis negotiis separavit, quem non poterat apte urbi adiungere, cfr. vs. 214. Homerus cur nec de avium, nec de piscium venatione in suo carmine dixerit, Eustathius sibi repperisse visus est caussam, p. 1265. Rom.

Hucusque imitationis vestigia in Scuto Herculis ipso formando indagavimus; restat, ut etiam reliquas carminis partes eodem consilio adeamus. Harum vero alia ratio est. Nam ibi ipsam rerum inventionem iudicare licebat: hic dicendum est de rebus ex mythologia petitis, quas non ex ingenio suo poeta haurire poterat, sed famae debebat ex antiquitate delatae. Non mirum igitur, quod plurima, quae attinguntur, prorsus nova sunt, et apud Homerum nusquam reperta. Huc pertinent primum, quae de Herculis partu et certamine cum Cycno et Marte, de Electruone et Amphitruone, de Iphicle et Iolao, de Creonte et Heniocha, de Taphiis et Telebois, de Ceyce et Themistonoe, de Perseo et Gorgonibus enarrata sunt omnia. Praeterea pleraque Lapitharum et Centaurorum nomina, urbes, nemora, fluvii Thessaliae, nomina Parcarum, mons Phicius et Typhaonius in Homericis carminibus non leguntur. Tamen in hac parte etiam ea, quae ad inventionem poetae pertinent, eandem imitationem produnt. Homerus enim Achillis Scutum describendum sibi elegerat, principis heroum, qui Troiam oppugnarant; ipse Herculem substituit. Achillis arma ut fabricanda susciperet, Thetidis matris eius precibus Vulcanus facile commovebatur; ut Herculem eadem ratione adiuvaret, Iunonis matris inimicum, nihil tale eum impellere poterat: opus igitur erat iussu et auctoritate Iovis, cfr. vs. 318, a quo Hercules missus erat, ut terras a facinorosis hominibus liberaret. Vix puto equidem, merito hanc rem Megacli Atheniensi ansam dedisse, poetam reprehendendi [25]). Hoc enim est unum illud, quo

25) De hoc Megacle omnia incerta sunt, cfr. Heinrich. Proll. p. LXIII, ubi in exemplo suo haec adscripsit »Schweighaeuser. ad Athenaei locum mea laudans, addit: Nec fere dubitari debet, Megaclem illum Atheniensem, qui in antiquo ad Hesiodi Sc. Herc. scholio nominatur, non alium esse, nisi hunc ipsum Megaclidem«. Satis affirmate haec quidem scripta: sed rationem demum afferamus verbis Ti. Hemsterhusii ad Lucian. Timon. p. 175 »non insolens est, ut primitivum et patronymicum nomen in

omnes carminis partes inter se cohaerent. Nam quum nullam aliam ob caussam Iuppiter Alcumenam adiisset, nisi ὅφρα θεοῖσιν ἀνδράσι τ' ἀλφηστῆσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσαι, iam tum hoc ipsum certamen cum Cycno mente et cogitatione complectebatur, quod Apollinis caussa aliquando suscipiendum foret. Simul vero etiam homines adiuvantur, Cycno necato, qui diripere et occidere eos solitus fuerat.

Praeterea vero in certamine heroum describendo eadem ubique regnat, quae apud Homerum est, ratio. Pugnae enim ardor non minor est in Cycno, quam in Hercule et Iolao; immo maior etiam, quippe quum Marte patre confisus, is ne momentum quidem dubitaret cum viro fortissimo congredi[26]). Res igitur, ut apud Homerum, instituta est, apud quem nescimus, utris maiores laudes tribuerit, Troianis an Graecis, Hectori an Achilli. Cunctatur adeo Hercules, pugnamque non libenter suscipit, sed de patris delictis cogitat, quae ipse cum fratre immeritus luere debeat. Colloquuntur heroes et se invicem ad fortitudinem adhortantur; sed hoc poetae inventum nobis recludit, non male aut imprudenter, ni fallor, excogitatum; Mars enim et Cycnus neque inter se, neque cum Hercule et Minerva colloquuntur, sed silentium tenent nec horum iussis obtemperant. Quippe erant ad arma nati, et omnis humanitatis expertes. Aliter explicandum est Achaeorum silentium Il. III, 8. Ipsa vero Minervae, Herculis, Iolai colloquia exemplo Homeri ab omni parte respondent. Armis Hercules se induit simili ratione,

---

eadem persona locum obtineant« etc. Add. Ruhnken. Hist. crit. Orr. Gr. p. XC et plura Hemsterh. ad Plut. Aristoph. p. 325. Megaclides it. in schol. Harlei. ad Odyss.«

26) Non reticebo h. l. coniecturam aliquam meam. Num inde Stesichorus commentum suum petiit, quo Herculem a Cycno initio superatum, repetito demum proelio victoriam deportasse, enarravit? cfr. Pindar. Ol. X, 19 seq. ibique schol. (Suchfort fragm. Stes. p. 36). Habet certe utriusque poetae ratio aliquam similitudinem. Ita melius intelligeretur, quod in schol. Aldino de Stesichoro dictum est. V. supr. p. 152.

qua Agamemno aliique heroes apud Homerum: nec tamen prorsus eadem. Quanquam id quidem non mirum est, quod Scutum ultimo loco commemoravit, in quo describendo longius morari volebat[27]). Sed addidit pharetram, Herculi propriam, cfr. Od. VIII, 223 seqq. et XI, 606. qua Homerici heroes uti non solent, eaque in describenda imprimis suam artem ostendere studuit; deinde Achillis ocreas stanno finxit obductas Il. XVIII, 613., Herculeas ex orichalco factas. Ex reliquis carminis partibus unum imitationis exemplum addam. Quo enim tempore Hercules et Cycnus congrediuntur, Iuppiter filio suo signum belli dedisse traditur, cfr. vs. 382 seqq. Primum enim tonitru auditum est, deinde guttae sanguinolentae de coelo demissae. Haec res iam veteri scholiastae mira visa est, cfr. supr. p. 39, quoniam apud Homerum Iuppiter illud signum filio suo eo momento dedit, quo iam trucidabatur, apud nostrum vero, quum in eo esset, ut vinceret. Non defendo nostrum: sed scholiasta alium locum sibi in memoriam revocare debebat, Il. XI, 53:

κατὰ δ' ὑψόθεν ἧκεν ἐέρσας
αἵματι μυδαλέας ἐξ αἰθέρος, οὔνεκ' ἔμελλε
πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς Ἄϊδι προϊάψειν

quem ipsum simul cum illo imitatione expressit[28]).

Plurima igitur Scuti auctor ex Homero hausit, sed nihil paene sine mutatione aliqua; cupivit in maius omnia tollere, quaecunque ad splendorem amplificandum aliquid conferre possent, coacervare, rerum mirabilium copiam in immensum augere; et ita ab antiqua simplicitate Homericorum carminum ni-

27) Sed est aliqua cognatio inter huius poetae rationem et eam, quam Zenodotus in Il. III, 328 seqq. invexerat, cfr. Lehrs. Aristarch. p. 194 seq. Noster vero praeterea prius commemorat hastam, quam galeam, si locus ab omni parte sanus est.

28) Multa alia mihi praetercunda sunt, ne rerum moles nimis augeatur. De Anauro quam bene res inventa sit, Wolfius adeo, summus poetae irrisor, concedit.

mium quantum recessit. Multa possunt reprehendi: sed nihil est, quod iure temerarium appelles.

§. 2.

Imitatio Homeri in verbis.

Difficilior est quaestio de eo imitationis genere, quod in dicendi ratione cernitur. In rebus enim inveniendis si quis eximium sese praestiterit, nihil est simplicius plerumque, quam sectatorum illorum sedulitatem detegere, qui inventa eius sive commode sive sine iudicio ad partes vocarunt et in sua carmina derivarunt. At vero in dictione Homero vindicanda magna cautio adhibenda est. Nam primum ingenuum quoddam quasi imitationis genus, cuius summi poetae Graecorum ad unum omnes participes fuere, a turpi est et detestabili illo secernendum, quo quis ex Homericis carminibus pessimo exemplo furaciter sua omnia describit. Illud enim ubi deprehendimus, nulli est reprehensioni locus; hoc qui usi sunt, ingenii imbecillitatem tarditatemque illustri quadam in luce collocarunt. Deinde vero fuisse novimus certam aliquam aetatem Graecorum, qua sermonis eorum indoles ubique eadem omnibus in carminibus vigebat: quare gravissimi momenti est, imitatores eius ab iis discernere, qui ipsi illis temporibus interfuerunt. »Aliud enim est«, ut Heinrichius praeclare monuit, »communem certae aetati poeseos indolem ac sonum referre, et quasi in patulo artis orbe versari, aliud studiose imitari« cfr. Prolegg. p. LVIII. Inde igitur videtur carminis huius dignitas tota pendere. Quaerendum est, utrum auctor eius tempore recentissimo vixerit, undique flores et quae usui esse possent corraserit et fucum fraudemque facere voluerit: an potius possit poetis accenseri, qui ab Homero apti quidem, sed iudicio ubique aequabiliter adhibito,

et propriam aliquam sermonis laudem virtutemque sectati, possint nobis in antiquitate cognoscenda et in historia Graeci sermonis enarranda aliquo modo duces esse.

Quod ut recte perspiciatur, primum conabimur similitudinis vestigia indagare eiusque leges constituere, deinde discrepantiam, quae in singulis dictionibus aeque ac toto in colore se prodit, notabimus.

Ac similitudo quidem, quae nostrum carmen cum Homericis connectit, profecto haud exigua est, nec potest limitibus illis, quos Islerus praecepit, circumscribi, cfr. Quaest. Hesiod. Spec. p. 30 (Berol. 1830). Licet enim verissimum sit, quod ille observavit, in Scuto Herculis vocabula reperiri, quae in Iliade frustra quaesita, in Odyssea et Hymnis Homericis semel aut saepius exstent; tamen hoc neque ab eo primo visum est [29]), et longe alium usum habet. Nam haud minor cognatio est inter Iliadem et nostrum carmen [30]): eaque cuivis aperta et paene necessaria, quia argumenta maxime inter se conveniunt. Positum sit igitur in primis, Iliadem et Odysseam non esse hac quidem in caussa separandas. De Hymnis Homericis postea loquimur.

» Solent epici poetae « ait Herm. ad Hymn. in Apoll. 149. » repetendis Homeri versibus vel eorum particulis delectari. « Hoc frequentissime nostro in poemate factum est; illud perraro. Leguntur enim 405 et 406 in Il. XVI, 428 seq. et prior etiam in Od. XXII, 302; 412 in Il. XVI, 430; 182 in Il. I, 265; 117 in Il. XV, 48; 124 in Il. III, 332; 156 in Il. ib. 336; 156 seqq. Il. XVIII, 535 seqq.; 425 in Il. XIII, 185, quanquam illic ἔριπ', hic πέσεν dictum est. Haec exem-

29) cfr. Miscellaneous Observations on Authors ancient and modern p. 321 seqq. cfr. Robins. Diss. Hes. p. XVIII.

30) Exemplis non opus est, sed cfr. παλινάγρετος Scut. 93. Il. I, 526. παλίωξις Scut. 154. Il. XII, 71. XIV, 69, 601. ψυάς Scut. 384. Il. XVI, 459. Plurima in sequentibus afferuntur.

pla varii sunt generis; pars enim apud Homerum quoque saepissime repetitur, 117, 124, 136, 423; unus ex Scuto in Homerum illatus est, 182; quatuor ex Homero in Scutum, 136 seqq.; quae restant, (per se valde dubia, quoniam duae comparationes iunctae sunt, ut in Hy. in Merc. 45, cfr. Herm. epist. p. XLVIII.) hanc ipsam ob caussam nobis suspicionem movent.

Contra tam immensus est numerus locorum similium, in quibus particulae versuum Homericorum in nostrum carmen translatae sunt, ut ea si omnia producere vellem, magnam horum poematum partem describere cogerer. Itaque pauca quaedam proferam. *διδυμάονε γείνατο παῖδε* Sc. 49, Il. VI, 26. *μέγ' ἀμείνονα φῶτα* Sc. 51, Il. II, 239. *ὅσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην* Sc. 390, Il. I, 104. *δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες* Sc. 292, Il. XVIII, 551. *ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης* Sc. 464, Il. XVI, 635. *ἐρυσάρματας ἵππους* Sc. 369, Il. XV, 354. *κονίοντες πεδίοιο* Sc. 342, Il. XIII, 820. Haec in clausula versus; alia ab initio, ut *ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος* Sc. 207, Od. IV, 358. *ἰῷ ἀπὸ νευρῆς* Sc. 409, Il. XI, 664. *ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν* Sc. 421, Il. XVI, 482. *χώρου ἄϊδρις ἐών* Sc. 410, Od. X, 282. *ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε* Sc. 323, Il. XXIV, 283. *ὣς φάτο· μείδησεν δὲ* Sc. 115, Il. XV, 47. *ἱμερόεν κιθάριζε* Sc. 202, Il. XVIII, 570. Alia leviter mutata sunt, *Ἄρης ἔτος πολέμοιο* Sc. 59, Il. V, 388. *ἔτλη ἐσάντα ἰδὼν* Sc. 432, Il. XVII, 554. *αἵματος ἀνδρομέου* Sc. 236, Od. XXII, 19. *μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα* Il. X, 495. *μελίφρονα θ. ἀπ.* Sc. 428, cfr. Il. VI, 258 et 264. *ἄραβος δ' ἅμα γίγνετ' ὀδόντων* Sc. 404. *ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίγνετ' ὀδόντων* Il. X, 375. *δεινῆς ἀκόρητος ἀϋτῆς* Sc. 346, 433, 439, Il. XIII, 621. *πάντῃ ἀναστρωφᾶν* Sc. 121, Od. XXI, 394, et sexcenta similia. Sed hoc quale sit, ex iis locis clarissime perspicitur, in quibus poeta sententiam ex Homero hausit, et verba ex parte immutavit, ex parte retinuit, interdum vero omnia no-

vavit. In descriptione enim urbis pacatae, ubi pompam nuptialem ex Homero surripuit, paene nihil tamen de singulis verbis sumpsit, hisce exceptis »πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει« Il.XVIII, 493, Sc.274. Altera vero in urbe, ubi ipsam pugnam longe simplicius et ad artis leges accommodatius enarrat, ne tali quidem versus particula usus est, sed quae Homerus breviter de senibus et feminis murum tuentibus dixerat, vs. 514 et 515, ea pluribus versibus exornavit, vs. 242 — 248; et multus est imprimis in numinum terribilium descriptione, quae pugnis praesidere credebantur. Hoc uno ex exemplo omnis rei ratio patescit; quicunque reliqua contulerit, eandem ubique viam sibi poetam elegisse perspiciet. Ita oceanum uterque commemoravit; Homerus simplicissimis verbis,

Ἐν δ' ἐτίθει ποταμοῖο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο
ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος πύκα ποιητοῖο.

Hesiodus elegantius

ἀμφὶ δ' ἴτυν ῥέεν Ὠκεανὸς πλήθοντι ἐοικώς,
πᾶν δὲ συνεῖχε σάκος πολυδαίδαλον· οἱ δὲ κατ' αὐτὸν
κύκνοι ἀερσιπόται μεγάλ' ἤπυον, οἵ ῥά γε πολλοὶ
νῆχον ἐπ' ἄκρον ὕδωρ· πὰρ δ' ἰχθύες ἐκλονέοντο.

Habemus igitur imitatorem, eumque tempore viventem, quo simplicitas pristina mentem delinire iam desierat, quo rerum novarum studium et ornatus nimius aliquid valere videbantur, quo quum non ad optimum illud et perfectissimum genus accedere possent, iam calamistris inurere audebant, quae ex feliciore aetate acceperant. Nulla ex parte clarius hoc elucet, quam ex descriptione pugnae ipsius, quae ipsa per se simplex et ex Homericis carminibus desumpta, tantam habet imaginum molem, ut recte Heinrichius iis magis onerari carmen, quam ornari edixerit. Verum quidem est, videri eo loco plures versus male et ex interpolatione additos esse; sed eos etiam si eximas, restat tamen farrago harum facetiarum, quae nulla vi removeri potest. Neque aliquis vim adhibere hoc in poeta audebit,

qui qualis in Scuto describendo est, talem etiam in reliquis carminis partibus sese praebet. Nimium ubique ornatus studium. Huic rei adiungendum est, quod quamquam ubique Homericas voces versusque ex Homero petitos deprehendimus, tamen frustra quaerimus orationis flumen, quo vetus ille et perfectissimus omnium poeta prae ceteris excellit. Nam qui sententias et verba ornatus caussa conquirit, facillime iuncturae aequabilitatem simplicitatemque negligit. Sonus igitur et color mutatus est, qui in Homericis carminibus allicit et delectat; sed non tantopere, ut nostrum poetam cum illis comparare possis, qui aetate Alexandrinorum epica carmina condiderunt. Facile quidem sensu percipitur mutatio, si quis Homericae assuetus dictioni ad hunc poetam accedit: sed simul etiam spiritus inest, non prorsus Homero dissimilis.

Non est in animo, longius haec persequi, quae legentes ipsi melius sentient, quam ego explicare possim. Superest vero, ut singulatim percenseam, quatenus dictio poetae nostri ab oratione Homeri aliena sit. Ac primum quidem ea vocabula enumeranda puto, quae apud Homerum non leguntur. Sunt vero si omnia collegi, primum nomina substantiva viginti *ἀδάμας* 137, 231, *ἀμφίβληστρον* 215, *αὐλητήρ* 283, 299, *γλῶχες* vel *περιγλῶχες* 398, *ἠχώ* 279, 348, *θοίνη* 114, *κέγχρος* 398, *κίβισις* 224, *μύξαι* 267, *οἴνη* 292, *ὀρείχαλκος* 122, *πέτηλον* 289, *προΐωξις* 154, *ῥυτά* 308, *Σείριος* 153, 397, *στίγματα* 166, *τέρψις* 273, *τίτανος* 141, *τρυγητήρ* 293, *φλεγύας* 154, quibus nunc annumerare audeo vigesimum primum *διάπτυχες* [31]). Horum alia, ut *θοίνη*, (Lat. coena) quum *θοινηθῆναι* reperiatur Od.

---

31) Non video nunc, cur in App. crit. ad alia confugerim. Nam si hac voce, *διάπτυχες*, usum esse poetam sumimus, evanescunt omnes difficultates; et cur id non sumamus, quum *διαπτύσσω*, *διαπτυχή* et *διάδεσμος* apud seriores certe scriptores exstent! Lege ita hunc versum, nec haerebis amplius in poetae sententia.

IV, 36, (Theogn. 239. Herod. I, 129; in reliquis Hesiodi carminibus nullum vocis vestigium) *αὐλητήρ* et *τρυγητήρ*, propter *αὐλὸς* et *τρυγάω*, non prorsus aliena Homero videri possunt, alia vero recentiorem poematis nostri aetatem certissime designant, ut *ὀρείχαλκος*, quae vox ex Stesichoro et Bacchylide laudatur, cfr. Klein. Stes. fr. 86 p. 130 seq., *ἀδάμας*, qui Hesiodo notissimus fuit, cfr. Pinder de adam. p. 23 seqq. et *τίτανος*, a regione Thessaliae, quae Homero non ignota erat, Il. II, 735, appellatus. Ceterum *πέτηλα* nihil, nisi vulgaris formae *πέταλα*, quae Homerica est, lenis commutatio.

Nomina adiectiva collegi triginta septem: *ἀΐδιος* 310, *ἄπλητος* 147, 250, 256, 268, *βαρύκτυπος* 318, *βρισάρματος* 441, *γουνοπαγής* 266, *δεινωπός* 250, *Διόγνητος* 340, *δορυσσόος* 54, *ἔλλοψ* 212, *ἐναρσφόρος* 192, *εὔσωτρος* 273 (nisi in Il. XXIV, 578 haec scriptura revocatur), *εὔσφυρος* 16, 86, *ἐφίμερος* 15, *ἠχέτα* 293, *ἠῷος* 396 (Hom. *ἠοῖος*), *θαυματός* 165 (vel *θωϋτός*), *κορυνιόεις* 289, *κυανόπτερος* 395, *λαθίφθογγος* 131 (*λαθικήδης* Il. XXII, 85.), *μεγαθαρσής* 385, *μελαγχαίτης* 186 (*κυανοχαίτης* Hom.), *ὀρεσσινόμος* 407 (*ὀρεσίτροφος* Hom.), *οὐδέτερος* (si recte ita scribitur) 171, *πανεφθὸς* 288, *προφερής* 260 (comparativus est in Hom. et superlativus), *ῥιγηλός* 131 (*καταριγηλός* Od. XIV, 226), *ταλακάρδιος* 424, *τανύῤῥιζος* 377, *τανύσφυρος* 35, *ταύρεος* 104, *ὑπεναντίος* 347, *ὑπολαμπὴς* 142, *ὑφήσσων* 208 (*ὑπολίζων* Hom. Il. XVIII, 329.), *φατός* 230, *φατειός* 144, 161, *φερεσσακής* 13, *χαυλιόδων* 387.

Adverbia septem: *ἑλκηδόν* 302, *ἔμπαλιν* 145, *ἐπιστολάδην* 287, *ὁμιληδόν* 170, *σπερχνόν* 434, *συναΐγδην* 189, *τόθεν* (si verum est) 32. (*ἐμμενέως* 429 sublatum est).

Verba viginti quinque *ἀμφαραβίζω* 64 (*ἀραβέω* Hom.), *ἀνασείω* 344, *ἀναφυσιόω* 211, *ἀπαλάομαι* 409, *ἀπαλύσκω* 304 (al. *ὑπαλύσκω*), *ἀπαιωρέω* 234,

ἀρύω 301, γλάφω 431 (al. γλύφω), διάκειμαι 20, δοχμόω 389, ἐκτολυπεύω seu ἐκτολμάω 44, ἐξεναρεῖν 329, ἐπανύω 311, ἐπικυρτόω 234, θυμαίνω 262, λιχμάζω 235, μαστιόω 431, μαστιχάω 389, μεταστοναχίζομαι 92, ὀριγνάομαι 90, περιμαίνομαι 99, περισήπω 152, σπείρω 399, χαλαίνω 308, χαράσσω 235, χρεμίζω 348, quibus accedunt formae incertae ἔπιτνον vel ἔπιπλον 291 et περιστοναχέω 344, si haec scriptura probabilis est.

Satis magnus est profecto vocabulorum numerus, praesertim in carmine ambitus exigui, cuius partem plurimam ad Homerum, tamquam ad fontem eloquentiae primumque caput revocavimus. Qui quamquam minuitur aliquantum, si ea seiungimus, quorum aut simplex aut composita forma in Homericis carminibus legitur, ut δοχμόω quidem non exstat, sed ἀποδοχμόω Od. IX, 372, nec περισήπω, aut ἐπικυρτόω, sed σήπω et κυρτόω Od. XI, 244; tantus tamen est, ut sermonis proprietatem aliquam et recentiorem aetatem certissime prodat. Difficillimum vero est et maxime periculosum, ulterius progredi et ad auctoris aetatem et indolem constituendam hac congerie uti certasque inde rationes ducere. Ea adeo, quae primo adspectu aliquam speciem prae se ferunt, accuratius considerata, e manibus nostris elabuntur. Quid enim? nonne οἴνη advertit animum? quae vox Hecataeo teste priscorum erat Graecorum, Athen. II, p. 35, b. Sed quum in Homeri libris non inventa, exstet apud Hesiodum, Opp. 572 et 574, numquis propterea, Hesiodum simul cum auctore Scuti Homero antiquiorem esse colligere audeat?

Pergimus igitur in discrepantia sermonis notanda, quae praeterea in diverso usu vocum Homericarum cernitur. Hic patet nobis campus, in quo ampla est disputationi materies proposita: neque nos ipsi a cursu retineremur, nisi Wolfius in Animadversionibus supra editis hanc spartam praecipue ornandam sibi sumpsisset. Ad hunc igi-

tur provocare possum virum, epicae dictionis cognitione inter paucos excellentem: quamquam apud nostrum poetam interdum non sine ira et studio in hoc argumento versatur, et partim ad reprehendenda et irridenda ea pronus est, quae notasse sufficiebat, partim scripturam pravam meliori non sine iniuria praetulit. Quae ubi detraxeris, manet illud, quod etiam ex aliis huius disputationis partibus intelleximus, multa nostrum ex Homero petiisse, sed pleraque immutasse, nec tamen ubique iudicii probasse integritatem. Saepe nimius est copiae verborum sectator; ut si 151 *χθόνα δίνουσι* ait et *Ἄϊδος εἴσω* addit; vel uno versu iungit, *Ἀμφιτρυωνιάδης* et *βίη Ἡρακληείη* 416 cfr. Theog. 317, de quibus v. Animadvv.

Tertio loco commemorandae sunt formae verborum rarae et insolitae, quarum magnus est numerus, ut *Γοργόνες* 250, *λαγὸς* 302, *ὀξεῖα* 348, *πρηῶνος* 437, *χλοερὸς* 393, *ἄαται* 101, *ἀπαλήσεται* 409, *ἀπουράμενος* 173, *ἀρέσαντο* 255, cfr. Lob. ad Buttm. Gr. Gr. II, p. 120, *ἀρσάμενος* 320, *ἐδονεῖτο* 237, 327, *ἐπέφαντο* 166, *ἐπέφυκον* 76, *ἐρίγοντι* 228, *ἔσαντο* 255, Lob. l. l. p. 124, *ἤνωξε* 479, *κακτάμεναι* 453, *κατεῖεν* 254, *κατενήνοθεν* 269, *κεκλήγοντες* 379, 412, cfr. Lob. l. l. p. 36 seq. *μαπέειν* 231, 304, *μαστιέτην* 466, *ὀροῦσα* cfr. Lob. l. l. p. 259, *πλῆτο* Lob. ib. p. 17, *πεπότητο* 148, *σεσαρυῖα* 268.

Haec tanta discrepantia a dictione Homerica (nec spondeo, me nihil omnino praetermisisse) efficit, ut alios etiam fontes, ex quibus poeta haurire potuerit, circumspiciamus.

§. 3.

Imitatio Hesiodeorum carminum.

Venio ad Hesiodum, cuius nomen neque in fraudem hominum Scuto Herculis inscribi, neque ex errore addi potuisset, nisi certa quaedam cognationis signa in propatulo essent. Nihil igitur magis mihi necessarium est, quam ut ea vincula de-

tegere studeam, quae hoc carmen, primo adspectu diversissimum, reliquis carminibus Hesiodeis adiungere videantur. Qua in re famae quoque dandum est aliquid; qui enim Hesiodum, Homeri aequalem et aemulum fuisse putabant, eo ipso rumore ducti, facillime ad hanc opinionem delabebantur, ut Scutum Herculis, ex aemulatione Homeri profectum, alius poetae opus esse non posse crederent. Sed profecto insunt non pauca indolis Hesiodeae vestigia.

Quorum primo loco ea nominabo, quae in oratione cernuntur. Primum enim vocabula plura, quae in Homero non exstant, etiam in reliquis carminibus Hesiodeis aut vulgaria sunt, aut obvia certe, ut *ἀδάμας* Opp. 146 Theog. 161, 188, 239, *Σείριος* Opp. 415, 585, 607, *ἅπλητος* Opp. 147, Theog. 153, 316, 709, *διόγνητος*, fragm. XXIX, 3 Gaisf., *δορυσσόος* Theog. 980, *ἔϋσφυρος* Theog. 254, 961, *ἐφίμερος* Theog. 132, *ἠχέτα* Opp. 580, *ἠῷος* Opp. 546, *τανύσφυρος* Theog. 364 (*τανύθριξ* Opp. 514,) *φατός* Opp. 3 (Similiter *ἰτός* in voce *ἐξιτός* ap. unum Hesiodum Theog. 732 cfr. Buttm. Gr. Gr. I, p. 446 et 534), *φατειός* Theog. 310, *ἐμμενέως* Theog. 712, *ἀρόω* Opp. 548, *σπείρω* Opp. 393, 465, *χαράσσω* Opp. 389, 575. Deinde in his poematis regnat quidem Homeri imitatio, versuum Homericorum non minus, quam vocum singularum in usu conspicua: sed si quando Homerica consuetudo relinquitur, eadem id fieri ratione in omnibus assolet. Utrumque ut demonstretur pauca exempla sufficient. Quum Homerus dixisset *οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ* Il. XIV, 393., Theogoniae auctor iisdem verbis sine ulla mutatione usus est 686, auctor Scuti autem dixit *οἱ δ' ἀλαλητῷ θεσπεσίῳ σύνισαν* 382, alio epitheto Homeri assumpto, quod est Il. XVIII, 149. In Homero est *ταμίαι, σίτοιο δοτῆρες* Il. XIX, 44; in Scuto 131 *ὀϊστοὶ, θανάτοιο δοτῆρες*; in Operibus 354 *ἅρπαξ δὲ κακὴ, θανάτοιο δοτεῖρα*. Venus ap. Hom. *χρυσέη* appellari solet, in Hesiodeis *πολύχρυσος* Sc. 8, 47.

Opp. 519. Theog. 980, fragmm. Gaisf. XXXVI, 3. Iovem *θεῶν σημάντορα πάντων* vocatum non legimus in Homero, sed in Sc. 56 et in fragm. XX Goettl. *νόσφιν ἄτερ* iunctum est in Sc. 15 et in Opp. 91, 113. Tum dialecti Aeolicae vestigia nonnulla in omnibus reperiuntur; in Scuto *κυανεάων* 7, cfr. Ahrens de diall. Aeoll. p. 203, *ὅσσοις* et *ὅσσοισι* 145, 426, 430, cfr. Theog. 826, Ahrens p. 236, (*λαγός* 302, cfr. Muetzell. censura Goettl. l. l. p. 396, forma dorica est); deinde nomina propria [31]) *Φίκιον* 33 coll. c. Theog. (*Φῖκα*) 326, cfr. Ahrens p. 174 et *Οὔρειος* 180, Ahrens p. 169. Sed mirum est, quod nonnullis in locis diversa scriptura exstat, quae ex Aeolica dialecto repeti possit ut *παῖσαι* pro *πᾶσαι*, de quibus cfr. Ahrens p. 96 seq. et *α* pro *η* in *τραχεῖα* 119, *πλᾶτο* 146, *πεπότατο* 148, *σχετλία* 149, *Τραχῖνος* 469 et alia similia, cfr. Ahrens p. 181. Fortasse adeo *ἐφοίτων* pro *ἐθοίνων* invectum 212 eodem pertinet, cfr. Ahrens p. 42. Praeterea multorum nominum enumeratione Hesiodus delectari iam antiquis visus est, ut Zenodoto in Venn. scholl. ad Il. XVIII, 39, eaque etiam in Scuto apparet 178 seqq. Audeo etiam [32]) ad singularem aliquam dicendi consuetudinem provocare. Vitat Hesiodus in Operibus interdum propria vocabula, quae vulgari sermone

31) Omisi, quae ex Aeol. dialecto explicantur, si iam Homero propria sunt, ut *κέρσε* 419, *ἀρσάμενος* 325, vid. Ahrens p. 131. Nec tetigi, plura vocabula primum in Scuto usurpata, in Latino sermone vulgaria esse.

32) Alia incertiora, quae mihi in mentem venerunt, praetereo; quorum unum hoc loco adnotabo. Notum est, iam in Homero ex etymologicis rationibus explicari Ulixis nomen Od. XIX, 407. cfr. Schneidew. Ibyc. p. 145. In Hesiodo id tam frequens est, ut saepissime veteres grammatici eum aut sequantur, aut certe nominent, ut in voce *ἥρως* explicanda, eaque ratio in signis poesis Hesiodeae merito ponatur. Iam vero in Scuto duplicis de Hercule originationis vestigia insunt, primum in vocc. »*ἀρῆς ἀλκτήρ*« 29 et 128, et in »*ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι*« 107. Certe similia saepe apud grammaticos reperiuntur. Ita Aelian. V. H. II, 32, *ἦρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἕξεις*, cfr. Etym. M. p. 435, 13 seqq. *Ἀπὸ τῆς ἀλκῆς* nomen repetitur Serv. ad Virg. Aen. VI, 392, *παρὰ τὸ ἀλκεῖν Ἡρακλῆς* Etym. Gud. 218, 9.

teruntur et alia eligit, quae rem significant minus, quam describunt, cfr. Goettl. praef. p. XV. Eodem traho Noctem non suo semper nomine, sed etiam εὐφρόνην appellatam, Opp. 562. Iam similia in Scuto mihi esse videntur, 288 seq.

οἵγε μὲν ἤμων
αἰχμῇς ὀξείῃσι κορυνιόεντα πέτηλα

ubi non ὀξείαις δρεπάναισι, quod Spitzn. sine libris invexit, cfr. Observv. in Quint. Smyrn. p. 104, sed αἰχμῇς ὀξείῃσι praeter omnem consuetudinem dixit, itemque non καλάμας, ut Hom. Il. XIX, 222, sed πέτηλα usurpavit.

Haec omnia similitudinem produnt, quae possit Hesiodum huius carminis auctorem ostendere videri: sed exstant etiam, quae quo minus illud sumamus impediunt, imitationis signa satis aperta. Duo enim versus, 75 seq., quibus vires Herculis et Iolai praedicat, sumpsit ex Opp. 147 seq.; quorum altero etiam Theogoniae auctor usus est 152, et 673. Praeterea idem cognoscitur ex mire interiecta temporis notatione, quo heroes congressi sint, 393 seqq., quam partim ex Homero, ut solet, partim ex Hesiodo expressit. Apponam versus:

τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵτε καθ' ὕλην
δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι

ait Hom. Il. III, 151 seq. Similiter Opp. 580 seqq.

Ἥμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ
δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν κατεχεύετ' ἀοιδὴν
πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ.

Noster igitur pro δενδρέῳ ἐφεζόμενος, quo illi utuntur, ὄζῳ ἐφεζ. scripsit, accuratiore usus dicendi genere, et similis alii imitatori, Alcaeo, fr. 31, p. 275 Schn., ap. Ahrentem p. 246.

ἄχει δ' ἐκ πετάλων Ϝάδεα τέττιξ, πτερύγων δ' ὕπα
κακχέει λιγύραν . . . . . ἀοίδαν . . . .

cfr. Aristoph. Avv. 39 »ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσι.« Praeterea ex Hesiodo deprompsit ἠχέτα τέττιξ, χέει αὐδὴν vel ἀοιδὴν, ὁπότε χρόα Σείριος ἄζει, et diligentius

singula pulcherrimis profecto versibus, quorum argumentum etiam Hesiodo dignissimum est, et ita exornavit, ut cum rerum natura apprime congrueret, cfr. Arist. H. An. V, 30, cuius verba commentarii loco adscribi possunt. Inest vero etiam versus 400, ex Eoeis descriptus et immerito a nonnullis criticis h. l. deletus cfr. I. H. Voss. Mythol. Brief. IV, p. 15. Postremo additi sunt versus quinquaginta sex, ex eodem libro deprompti.

Haec omnia licet habeant vim non exiguam, tamen superantur ab aliis argumentis, quae in rerum similitudine posita sunt. Qua in re ducere nos potest, quod Apollonius monuisse fertur, Iolaum fuisse Herculis comitem ut in Scuto, ita in Catalogo (et in Theogonia, 317 seqq.

Ἀμφιτρυωνιάδης σὺν ἀρηΐφίλῳ Ἰολάῳ,
Ἡρακλέης, βουλῇσιν Ἀθηναίης ἀγελαίης.)

Sed latius illud patet trahendumque ad omnia, quae de Hercule enarrantur. Nam ad verbum paene respondent sibi Theog. 330 seq. et Scut. 103 seqq. ubi Iuppiter consulto filii gloriam auxisse, Theog. 954 et Scut. 28, ubi deos Hercules adiuvisse, Theog. 951 et Scut. 94 et 127, ubi luctuosa certamina subiisse dicitur. Atque ut Hercules ipse de onere sibi imposito queritur, 78 — 94, ita in magnis Eoeis a matre *πονηρότατος* appellatus erat, cfr. Aspas. ad Arist. Eth. Nic. III, p. 45. Nec obstat, quod in Catalogis Orcus, in Scuto Mars ad Pylum ab Hercule feliciter depugnati dicuntur, ut videbatur Heinrichio, Prolegg. p. LXI; nam cur non utrumque potuit simul adversarium habere, adiutrice Minerva? cfr. Boeckh. ad Pind. p. 189.

Potiores vero hac in re repetuntur caussae ex rebus apud Hesiodum primum enarratis vel certe in eam formam redactis, quae in Homericis carminibus aut tota frustra quaeritur, aut ex parte nova est et inaudita. Iam pridem vero intellexerunt, inter omnes imagines in Scuto expressas, unam prae

ceteris eminere, quae nobis Persea fugientem monstrat, cfr. v. 216 seqq. et Heinr. ad h. l. De hac fabula autem notum est, quod critici veteres pronuntiarunt, »τὸν περὶ Γοργοῦς μῦθον Ἡσίοδος ἔπλασεν« sch. Ven. ad Il. XI, 36, et quae collegit Muetzell. de emend. Theog. p. 447. Iam si conferas Theog. 274 seqq. cum Scut. 215 seqq., illic fabulae initia reperies, hic praeclarissimam operis descriptionem, qua splendidior et praestantior per totam antiquitatem nulla; utroque loco animadvertes convenientem rerum enarrationem.

Cohaeret autem tota haec res cum caussa alia, quae maximi est momenti. Universe enim, quid potest Hesiodo magis convenire, quam numinum commemoratio, vel, ut veteres grammatici loqui solent, fictio, quorum apud Homerum vel nulla omnino vel obscura vestigia exstant? Praeter Gorgones huc pertinent reliquae deae, quas pugnae praesides Hesiodus esse voluit, *Κῆρες* 249 seqq. *Κλωθώ*, *Λάχεσις*, *Ἄτροπος* 258 seq. *Ἀχλύς* 264, et quae antea commemorantur *Ἔρις* 148 seqq. *Προϊωξις*, *Παλίωξις*, *Ὁμαδος*, *Φόνος*, *Ἀνδροκτασίη*, 154 seq. Horum ex numero *Κῆρες*, *Κλωθώ* cum sororibus, *Φόνος* et *Ἀνδροκτασίη* in Theogonia reperiuntur, cfr. 217 seqq. et 228; *Προϊωξις* autem, *Παλίωξις* et *Ἀχλὺς* in h. c. primum divinam vim adeptae sunt. Hesiodeam igitur indolem negare quis ausit? Sed Achlys dea non immerito veterum recentiorumque animum advertit: foeda est, fateor, huius deae imago, ac nauseam magis excitat, quam Aeschyli illud in Eumenidd. 54, »ἐκ δ' ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ λίβα« vel *δύαν*, si probabilis Wieseleri V. D. coniectura esset (v. Conj. in Aesch. Eum. p. 16.); sed est ad rem foedissimam depingendam non male excogitata, cfr. Heinr. Animm. p. 187 seqq., et ut multa in hoc carmine, uno potissimum laborat vitio; mediocritatem excedit; quam quoniam omnes veteres Hesiodi propriam fuisse docent, hac ipsa

in re Hesiodi imitatorem deprehendimus, idque iam Longino duce [33]).

§. 4.

Hymnorum Homericorum comparatio.

De Homero et Hesiodo si recte disputavimus, Scutum Herculis aliquanto post illos poetas compositum esse et merito tertiae aetati poesis epicae accenseri patet, quae in Homero imitando, et si diis placeret, etiam interdum dictionis et inventionis splendore superando summam artis laudem collocari censebat, in eademque via, quam ille praciverat, presse accurateque, quantum per temporum socordiam licuit, pergebat. Ita facile intelligitur, nihil ex Graecorum litteris tam apte cum nostro carmine comparari posse, quam Hymnos quos dicimus Homericos, quorum pars certe eidem aetati originem suam debet. Quare non possum hunc locum relinquere, priusquam eos etiam attigero, rationesque nexus, qui inter hos et Scutum intercedit, paucis explanavero.

Ac primum quidem memoratu dignum est, quod ad poetae nostri sententiam intelligendam saepe Hymnorum Homericorum comparatio omnium optime ducere nos potest. Nam si legimus Sc. 152 seq.

ὀστέα δέ σφι περὶ ῥινοῖο σαπείσης
Σειρίου ἀζαλέοιο κελαινῇ πύθεται αἴῃ.

nihil potest aptius conferri, quam Hy. in Apoll. 363 seqq.

ἀλλὰ σέ γ' αὐτοῦ
πύσει γαῖα μέλαινα καὶ ἠλέκτωρ Ὑπερίων. —
τὴν δ' αὐτοῦ κατέπυσ' ἱερὸν μένος ἠελίοιο.

33) Poteram etiam commemorare, multa inesse, quae ad mores hominum rerumque humanarum ac vitae rationem pertineant. Tota enim enarratio spectat ad hominum interitum, qui a maleficiis non abstinent; et in singulis versibus multa Hesiodeam doctrinam in memoriam revocant, qualis est in Operibus. Praeterii tamen, quia talia cum Homerica poesi Hesiodo communia sunt.

cfr. Archil. fr. 53 ed. Schneidew. Deinde cfr. Scut. 7 seq.

τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανεάων
τοῖον ἄηθ', οἷόντε πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

et Hy. in Cer. 275

πέρι τ' ἀμφί τε κάλλος ἄητο.

et in Ven. 175

κάλλος δὲ παρειάων ἀπέλαμπεν
ἄμβροτον, οἷόν τ' ἐστιν ἐϋστεφάνου Κυθερείης.

Denique cfr. Scut. 203

θεῶν δ' ἕδος ἁγνὸς Ὄλυμπος·
ἐν δ' ἀγορὴ· περὶ δ' ὄλβος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο

et Hy. in Merc. 249 seqq.

πολλὸς δὲ χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἔνδον ἔκειτο,
πολλὰ δὲ φοινικόεντα καὶ ἄργυφα εἵματα νύμφης,
οἷα θεῶν μακάρων ἱεροὶ δόμοι ἐντὸς ἔχουσιν.

et Hy. in Cer. 92.

νοσφισθεῖσα θεῶν ἀγορὴν καὶ μακρὸν Ὄλυμπον.

et Hy. in Ven. 120

παίζομεν· ἀμφὶ δ' ὅμιλος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο.

Accedit, quod verba nonnulla, in Homericis carminibus non obvia, sed in Scuto reperta, saepius in Hymnis exstant, ut θαυματὰ ἔργα Hy. in Merc. 80, 440, et in Bacch. 34; τανύσφυρος in Cer. 2 et 77. ἀΐδιος in Vest. 3. βρισάρματος in Mart. 1. ἁγνὸν ἄλσος ut ἁγνὸς Ὄλυμπος Hy. in Merc. 187. δοχμωθεὶς Ib. 146. ἀνασείω in Apoll. 403. ἀπὸ νοσφίν Cer. 303, alia.

Praeterea eadem regnat cum Homericis carminibus similitudo. In Il. XI, 532 legimus

τοὺς δὲ πληγῆς ἀΐοντες
ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα

et XXIII, 442

ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο φώνησέν τε· —
ὣς ἔφαθ', οἱ δὲ ἄνακτος ὑποδδείσαντες ὁμοκλήν —

in Scuto vero 341 seq. et Hy. in Cer. 88

ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο· τοὶ δ' ὑπ' ὁμοκλῆς
ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα

cui prior ille addidit κονίοντες πεδίοιο ex eodem Ho-

meri loco, hic vero praeclarius etiam *τανύπτεροι ὡς οἰωνοί*. Deinde quum Homerus dixisset Il. II, 219

φοξὸς ἔην κεφαλήν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη,

Scutum habet 269

πολλὴ δὲ κόνις κατενήνοθεν ὤμους.

et Hy. in Cer. 280

ξανθαὶ δὲ κόμαι κατενήνοθεν ὤμους.

Comparatio velocitatis hominum cum cogitationibus, ut in Scuto est, ita in Hy. in Ap. 186, 448. et ornatissime in Merc. 43. Alia, quae inter se conferri possint, sunt *δεινὸν ὑπόδρα ἰδών* Hy. in Bacch. 48 cum Sc. 445. *ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ* Apoll. 149. Sc. 282. *φράσσασθαι μέγα θαῦμα* Apoll. 415. Sc. 218. *χωόμενος περὶ βουσὶν* Merc. 236. Sc. 12. *Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός* Merc. 321. Sc. 202. *θεῶν σημάντορα πάντων* Merc. 367. Sc. 36.

Quare si eam pronuntiare audeo sententiam, ex aetate fere eadem pleramque Hymnorum partem et Scutum profectum esse, non vereor, ne in errorem incidisse dicar. Ac procul equidem ab ea me revoco opinione, quae etiam ex Hymnis Scutum imitatione expressum esse sumit, ut Angli illius [34]), cuius argumenta iam Robinsonus et alius vir doctus nescio quis impugnarunt. Hac enim via prodeuntibus nobis Pindarus quoque, quocum sermo nostri poetae similitudinem aliquam in singulis versibus ostendit, in eorum numero afferendus esset, quos imitatione exprimere voluisset.

---

34) Apponam ipsa eius verba: »Hesiod's Aspis is almost a Cento, consisting of 480 verses, of which 107 are either formed upon Homer, or in part transcrib'd from him. The imitations too are generally for the worse; so far is he from improving upon the Original. In about 40 passages he, and Onomacritus (?) make use of words or expressions which are only to be met with in the Hymns ascrib'd to Homer: or if in his genuine works, yet in a different Syntax and another meaning. — Besides the figures are much bolder in this fragment than in the *Ἐργ.* et *Θεογ.* See for example 160, 203, 217, 218, 222, 232. From these and other arguments, which I could produce, this work may be pronounced suppositicious.« l. supr. l. p. 321, cfr. II, p. 58 seqq.

Caput quartum.

De origine carminis et aetate.

§. 1.

Quaestionum philologicarum, quales aetate nostra hominum ingenia exercent, duplex genus est: alterum grave quidem et studiis virorum vere doctorum et eximiorum imprimis nobilitatum, sed simul valde periculosum; tutius alterum et si prudenter nec sine doctrinae rite paratae copiis instituatur, erroribus minus obnoxium. Nam qui initia Graecorum Romanorumque pervestigant et a rebus populorum antiquissimis tenebras illas, quibus diutissime obsitae iacuerunt, dispellere et cupiunt et conantur: non raro verae horum studiorum rationis immemores, adeo ignorare videntur, coniecturis etiam et divinationi, quam dicunt, certos esse definitosque limites scriptos, quos supergredi impune non liceat; tam audacter omnia pro veris habent, quae veri similitudinis aliquam speciem in animis eorum excitant. Altera vero ex parte abundat philologorum disciplina rerum indagandarum multitudine, quibus quoniam non ab sensu cuiusque atque arbitrio pendent, sed rerum natura rite considerata et iudicio recte et aequabiliter adhibito,

perspici possunt, facilius aliquis satisfacit. Tamen nescio quo modo plerumque animos hodie ad priores illas philologiae partes festinare video. Equidem in alteram viam ingrediendi cupidior, in qua ipsa saepe dubitanter nec sine magno timore incedimus, ab hac commentatione ea saltem seiungo omnia, quae nimis incerta et dubia esse puto.

Itaque non disputo, quis auctor fuerit Scuti Herculei. Hesiodum enim, quem Graeci antiquiores nominare consueverunt, quorum mos et natura artis criticae severitatem diu refugisse videtur, quominus tamquam operis auctorem producamus, iam ea impediunt, quae hactenus enarravimus. Cui manibus nostris subducto alium poetam substituere velle, temerarium foret. Quis enim verum reperiat, ubi iam veteres, tempore longe propiores aut in errorem lapsi sunt, aut in dubitationes inciderunt? Unum audere fortasse licet cum viris doctis, cfr. Bod. hist. poes. Graec. I, p. 454. Qualem enim rhapsodorum artem et disciplinam ex veterum indiciis et testimoniis nobis cogitamus: talem nostrum etiam carmen sapit. Nam qui Homericis Hesiodeisque carminibus publice recitandis operam dabant, si quid ipsi auderent aliquando componere, paene inviti et contra spem suam voluntatemque ad ea recurrebant, quae imbiberant pueri, et in quibus ediscendis per totam vitam defixi fuerant. Iidem vero, quid mirum, si et gloriae amore et propter auditorum indolem, nova et inaudita audire cupientium, saepe se ab Homerica ratione removere studerent, et splendidissima quaeque carminibus suis insererent? Hinc igitur utrumque facile explicatur, dissimilitudo aut studiose quaesita, aut ex diversae aetatis colore nata, et simplex illa cognatio, quae omnibus in partibus sese prodit. Quocum enim consuetudinem aliquam arctiorem contraximus, is ut clam quasi irrepit nostros in animos firmissimoque nos tenet vinculo, ita Rhapsodi ab Homero Hesiodoque, ma-

gistris suis, quorum divino afflatu perculsi erant, pendebant toti, nec si cupiebant, solvi ab iis disiungique poterant. Ita centonum speciem haec carmina praebent, ex variis locis antiquiorum carminum consutorum. Ἀοιδοὺς tales homines vocare quis ausit? Hi enim Μουσῶν sunt κάτοχοι, illi ex Homero apti, sed quum, ut Hermannus ait, Orph. p. 687, praeclarum exemplum recte sequi eorum sit tantum, qui ipsi in exemplis esse possint, non mirandum est, si Homeri poesin non tam imitari, quam corrumpere et pessumdare potuerunt. Quare licet poetam ipsum ignoremus, illud tamen fortasse affirmari poterit, eum rhapsodorum numero adscribendum esse, atque eorum quidem, si qui fuerunt, qui carminibus non solum recitandis, sed etiam componendis non infeliciter vacarunt.

Facile etiam me deterreri patior ab ea quaestione, quae est de nexu carminis nostri cum aliis iisque nunc perditis carminibus, Herculis res vitamque enarrantibus, quae viri docti interdum exstitisse suspicati sunt. Speciosa res est, fateor. Nam qui priorem carminis nostri partem a posteriore disiungit, et a vs. 57 novum carmen exordiri putat, haec aliquando cum aliis carminibus iuncta fuisse facile sumet. Abrupta enim pleraque sunt et sine iusta rei praeparatione fusa. Ita particulam legere sibi videri possit aliquis magni alicuius carminis, cuius reliquae partes temporum decursu ex memoria Rhapsodorum defluxerint. Sed apud veteres certe huius rei nullus rumor; carmen enim de Herculis vita nullum, cuius mentio apud eos iniecta sit, Pisandro antiquius, cfr. Strab. XV, p. 1009 B.; neque Aristophanes Byzantius, neque quisquam veterum similia auguratus est. Quare libenter ab tali coniectura abstinentes, cum Wolfio censemus, antiquitus etiam nihil, nisi hos versus, quos ipsi legimus, exstitisse. Antiquissima Heraclea fuit Pisandri; prius Herculis acta nisi singulatim poetae non enarraverant, cfr. Bod. l. l. p.

Paullo certius est, si plura hoc in carmine legi affirmamus, quae originem Boeoticam prodere videantur; sed hoc quoque quum non tam ex certis veterum testimoniis cognitum, quam in coniectura positum sit, aliorum iudicio relinquimus, rem significasse contenti. Immo adversatur nobis, quod Boeoti ipsi, Heliconii certe, cfr. Paus. IX, 31, 4, praeter Opera quidquam merito ad Hesiodum referri negabant: quos si patriae suae caussam in Scuto Herculis agi putassent, ad suum Hesiodum auctorem agnoscendum pronos futuros fuisse probabile est. At vero primum quibus argumentis nisi fuerint Boeoti, ignoramus, »παρειλημμένα δόξῃ λέγουσιν,« ait Pausanias, »ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιήσαι οὐδὲν ἢ τὰ ἔργα.«; deinde vero Hesiodei huius nominis inscriptio antiqua ad ortum certe possit et natales carminis aliquatenus nos ducere.

Habet autem illud iam ponderis aliquid, quod quae duae sunt carminis nostri partes, earum prior Thebas nos vocat, qua in urbe omnia aguntur, et Boeotorum fortitudinem eximiam praeclaro aliquo praeconio celebrat, vs. 24; posterior vero non obscure indicat, argumentum poetae ipsum, hoc est pugnam Herculis cum Cycno simul ad Thebanos spectare. Quo enim trahes, quod Iolaus ad Herculem inflammandum felicem eum praedicat, cui iam denuo Iuppiter et Neptunus, ταύρεος Ἐνοσίγαιος, 205

ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει, ῥύεταί τε πόλεια,

hunc mortalem adducant, quo necando novam sibi gloriam parare possit? Neque enim nomen hoc Neptuni neque additamentum de tutela Thebarum urbis deo tradita sine caussa vel nonnisi ad ornatum esse additum putabis; intelligimus potius, Herculem et Thebanos ita iunctos cogitari, ut idem deus, qui Thebas tutari soleat, Herculis etiam vitam famamque defendere sumatur, et hac certe ratione Her-

culem verum esse Thebanum putandum, cfr. Od. Muelleri Dorr. I, p. 429.

Accedunt alia, quae breviter indicabo. Iolaum enim et Herculem ut hoc in certamine rerum gerendarum socios videmus, ita Thebis ante Proetides portas ludi celebrabantur, tum ab Hercule Ἡράκλεια, tum ab Iolao Ἰολάεια appellati, »Ἀμφιτρύωνος ἀγλαὸν παρὰ τύμβον,« cfr. Boeckh. et Dissen. Expl. ad Pind. p. 173 et 283. »Ἐν δὲ Θήβαις« ait Pind. Isthm. V, 40 »ἱπποσόας Ἰόλαος γέρας ἔχει.« Deinde urbs ἑπτάπυλος inter Scuti imagines, de qua supra diximus; nec tibiarum commemoratio, vs. 281 seqq. aliena est, quarum usus apud Thebanos frequentissimus. Denique illud etiam cum rebus Thebanis cohaeret, quod pugna universa pro Apolline Delphico suscepta est et ad eos homines pertinet, qui dei colendi caussa illuc se conferre cupiebant, cfr. 479, 480 et Mueller. Dorr. II, p. 414 seqq. Non commemoro, poetam Creontis et Heniochae meminisse, vs. 80, quamquam scriptor hac ratione tempora constituit, et nexum huius historiae cum rebus Thebanorum accurate describere voluit. Qua de re non probo Muelleri iudicium, Dorr. p. 429, maiore quam par erat audacia ea reiicientis, quae mihi quidem iam antiquitus cum tota fabula connexa fuisse videntur.

§. 2.

Transeo ad quaestionem non minus difficilem, quae est de aetate carminis.

Iam dudum ab omnibus perspectum est, in fabulis Graecorum considerandis imprimis cavendum esse, ne diversae aetates misceantur, quae singulae propriam aliquam conformationem earum pro-

bare solent. Quare si quis recte de carminis alicuius aetate iudicare voluerit, ei primo loco accuratius in fabulas inquirendum est, quas poeta enarravit. Hae enim si ita comparatae sunt, ut antiquiorem deceant vatem, magna illis videtur caussa erepta esse, qui ad aetatem recentiorem carmen referendum esse arbitrantur. At nisi me omnia fallunt, quaecunque de Amphitruone et Alcumena, de Hercule et Iolao, de Cycno et Ceyce, de reliquis omnibus diis hominibusque dicta sunt, ea omnia cum fabulis recentiorum poetarum comparata, summam redolent antiquitatem, ab Homeri aetate non nimis longe remotam. Singulatim illud quam brevissime fieri poterit, demonstrare volumus.

Ac primum quidem, si quid video, tota de Herculis partu narratio propter simplicitatem suam ab recentioribus poetis animum retrahit. Ea enim tam simplex est, ut quo modo orta sit tota fabula, ex nulla narratione melius intelligi posse videatur. Alcumena enim quum uno partu duo filios edidisset, qui postea sese omni ratione dispares praestabant, alterum talem, qualis alii quoque homines esse solent, alterum reliquis omnibus longe praestantiorem: hinc homines illi, qui mira et magna omnia ad deos referre consueverant, de duplici Alcumenae concubitu cum Iove et Amphitruone eadem nocte facto facile cogitare poterant. Certe ludere ita hac in re aliquando liceat. At consilium illud Iovis, diis hominibusque sospitatorem defensoremque gignendi, cum Herculis fabula, qualis ab initio fuisse putanda est, praeclare convenit, cfr. Lobeck. Aglaoph. p. 1172. Vogel de Hercule in Ersch. et Gruber. Encyclop. Halensi s. v. Nec absonum est, sed antiquorum ingenio aptissimum, quod Iuppiter quamquam magno hoc consilio ducitur, tamen simul vs. 31 cupiditatis plenus fuisse fertur, (*ἱμείρων φιλότητος ἐϋζώνοιο γυναικός*). In his enim poetae inconstantia quae videri possit, nulla est. Praeterea vero nihil ille de noctis longitudine a Iove

adaucta enarravit; nihil de mutata figura; nihil de aliis poetarum posteriorum commentis, magnam partem et ridiculis et absurdis. Lusit enim aetas recentior his in rebus, atque ita quidem, ut quae obscura in fabula reperiebantur et intellectu difficilia, ea explanare simul studerent. Itaque si accurate comparaveris nostri poetae enarrationem, ea ab reliquis omnibus ita dissidet, ut possit pro fonte haberi, unde posteriores sua sumpserunt.

Similiter iudicandum de ratione, quae inter Herculem et Eurystheum existit. Mirum profecto est, quod Hercules de fratris imprudentia queritur, eumque parentibus et patria relictis ultro Eurysthei totius familiae inimici servum factum, sibi ipsi autem a deo aliquo aerumnas impositas esse narrat. Nam si Hesiodi versum 94

αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.

cum versibus Odysseae, XI, 621 seq.

μάλα γὰρ πολὺ χείρονι φωτὶ
δεδμήμην, ὅ δέ μοι χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.

comparamus, satis magnam esse sentimus inter hos poetas diversitatem. Sed quomodocunque de hoc discrimine iudicamus, illud vix credibile, talia a poeta scribi potuisse, cuius aetate ab antiquioribus scriptoribus Herculis fabula iam in certam aliquam formam redacta fuerit.

Venio ad locum difficilem gravemque, qui est de armis, quibus Hercules utitur. Toto enim ex carmine nostro illud primo adspectu sequi videtur, huic poetae Herculem heroem visum esse, eadem, quae illi solebant, gestantem arma, non rudia illa, Centaurorum securibus similia, ex inculta antiquitate petita, sed arte etiam maiore et ex metallis rarioribus confecta. Id quam praeclare cum poetis antiquissimis conveniat, et quantopere distet a recentioribus, docet Vogel. l. l. p. 10, 16, et seqq. Sed quid? nonne id quoque ex imitatione eadem, quam ubique observavimus, facillime explicatur? Prudenter, dicat aliquis, ut falleret legentium animos, rem ita ex

sententia Homeri reliquorumque veterum poetarum ex more instituit, et viam recentiorum consulto reliquit. Crederem ego, nisi reliqua omnia eandem prae se ferrent heroicae aetatis indolem; haud dubie enim se proditurus fuisset aliquo certe modo imitator; ut nunc res est, nulla re sumere cogimur, poetam aliam voluisse Herculis formam figuramque producere, quam qualem animo ipse cogitaverit.

Deinde vero negari quidem non potest, quod Heinrichius posuit, Prolegg. p. LXXII seqq., apud posteriores etiam poetas interdum veteris illius armaturae Herculis mentionem iniici solere; sed propterea non dixerim cum eodem viro docto, »admodum vacillare et claudicare rationem, quam ex habitu herois ad constituendam Scuti Herc. aetatem aliquis repetat.« Nam non mirum illud quidem inter Graecos, qui licet magno celeberrimorum affluerent numero poetarum, post Homerum Hesiodumque florentium, tamen hos antiquissimos artis auctores ceteris omnibus praeferebant, et a primis aetatis annis ediscere solebant. Et quando desierunt poetae, istos imitatione exprimere? Sed magnum est discrimen inter singulos locos, quibus inest antiquae herois armaturae significatio aliqua, et inter carmen nostrum, cui hoc unum est propositum, arma describere, quae Hercules a diis sibi benevolentibus dono acceperat. Non negatur enim, Sophoclem aut Euripidem aut Theocritum aut ullum alium poetam Herculem heroicis armis instructum aut non cognitum habuisse, aut in carminibus suis producere non potuisse. Quo enim modo fugisset illos quod nostrum neminem praeterit? Sed Scuti Herculei auctorem contenditur clavae Herculeae leoninaeque pellis, quibus et Pisander et Stesichorus eum instruxerunt, neque mentionem fecisse, neque habuisse notitiam. Illud constat unicuique carmen perlegenti; hoc facile colligitur ex vss. 124 seqq., in quibus inter arma herois, ut in Odyssea, arcus etiam et tela comme-

morantur, quibus hac quidem in pugna non utebatur, simulque ex tota dicendi ratione apparet, poetam omnia voluisse uno loco comprehendere, quibus dii Herculem certamina sua primo suscipientem exornaverint. Conveniunt autem veterum criticorum iudicia, quorum Strabo quum Hesiodum nostri carminis auctorem nominatim laudavit, tum recens fictum Herculis vestitum, licet dubitanter, ad Pisandrum retulit. Atque quo tempore in poesin Graecorum invectus sit Hercules ἐν λῃστοῦ σχήματι μόνος περιπορευόμενος, ξύλον ἔχων καὶ λεοντῆν καὶ τόξα, Megaclides (ap. Athen. XII, p. 513.) Xantho et Stesichoro inter se comparatis docuerat, quorum ille antiquior οὐ ταύτην αὐτῷ περιτίθησι τὴν στολήν, ἀλλὰ τὴν Ὁμηρικήν. Itaque ut Xanthum ante Ol. 42, 1, qua Stesichorus floruit, cfr. Bod. histor. poes. Graec. II, 2, p. 41, vixisse sumendum, ita Scuti auctor simul etiam ante Pisandrum, i. e. ante Ol. 33, cfr. Bod. l. l. I, p. 500 seqq. ponendus est. Et si verum est, cfr. supr. p. 344, hoc eodem a Megaclide Scutum Herculeum Hesiodo adscriptum esse, quod profecto non improbabile puto (Megacles in Aldino scholio ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ; Megaclides ap. Athenaeum ἐπιτιμᾷ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον, p. 512, e.), hic certe Xanthum etiam, quem tanquam recentissimum appellabat, auctori huius poematis postposuit.

Ita igitur iam nacti sumus aetatis notationem aliquam: Homero enim et Hesiodo recentius, Pisandroque et Stesichoro antiquius, infra trigesimam certe Olympiadem carmen collocari non poterit.

Cuius rei veritas ut magis etiam confirmetur, redeo ad coniecturam illam supra a me propositam p. 345, not. 26, quae cum hac caussa arcte cohaeret. A Stesichoro, ait schol. antiquum, Hesiodum nominari Scuti Herculis auctorem; ac licet dubitaverint plurimi, cfr. Goettl. praef. ad Hesiod. p. VIII, tamen nulla est dubitationis iusta caussa, cfr. Mueller. hist. Dor. II, p. 414. Con-

ferendum autem vetus scholion Pindaricum, fide dignissimum, ex quo Cycni cum Hercule pugnam a Stesichoro carmine aliquo celebratam esse discimus, de quo nemo, quantum scio, dubitavit. Age videamus, quid de Cycno Stesichori, qui idem Pindari est, enarretur?

» *Τράπε δὲ Κύκνεια μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα,* « ait Pindarus, Ol. XI, 15, Stesichorum sequutus, quo auctore Hercules primum quidem a Cycno fugatus, quippe qui Martem certaminis socium haberet, non prius adversarium vicit necavitque, quam quum eum solum deprehendisset. Hoc summum est discriminis, quo ab Hesiodo differt, apud quem filius Iovis initio quidem cunctatur, sed mox ab Iolao admonitus arma sumit et Minervae auctoritate commotus ad pugnam se accingit necatque alterum, alterum vulneratum dimittit. Iam unum hoc, nisi egregie fallor, recentiorem poetam ostendit Stesichorum esse, et antiquioribus assignat Scuti auctorem, nec videtur temere ab illo nova ratione tractatum esse. Quis enim Pindari non meminit, ab rebus impiis sese in re simillima revocantis?

ἐπεὶ ἀντία
πῶς ἂν τριόδοντος Ἡρακλέης σκύταλον τέναξε χερσίν,
ἀνίκ' ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς ἤρειδε Ποσειδᾶν
ἤρειδέν τέ μιν ἀργυρέῳ τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος, οὐδ' Ἀΐδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον,
βρότεα σώματ' ἃ κατάγει κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν
θνασκόντων· ἀπό μοι λόγον
τοῦτον στόμα ῥῖψον·
ἐπεὶ τό γε λοιδορῆσαι θεοὺς
ἐχθρὰ σοφία, καὶ τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν
μανίαισιν ὑποκρέκει.

Ol. IX, 29 — 39 ed. Dissen. Cui ipsius palinodia Stesichori in mentem non venit?

Praeterea apud utrumque Herculi Cycnus insidiatur (» *αὐτῷ παριόντι ἐπιβουλεῦσαι ἠθέλησε* « schol. ex Stesich., quibus cfr. scut. v. 66 et 300 seqq.); sed Cycni atrocitas aucta est ab Stesichoro, » *κακό-*

ξενος ἦν Κύκνος — καὶ ἐν παρόδῳ τῆς Θετταλίας οἰκῶν ἀπεκαρατόμει τοὺς παριόντας ξένων, ναὸν τῷ Ἄρει βουλόμενος ἐκ τῶν κεφαλῶν οἰκοδομῆσαι.« Iolai nullas partes in Cycno Stesichoro fuisse, probabile est: non reticuisset enim scholiastes, ipso Ilae nomine invitante, quem Iolaum appellat; sed Minerva apud utrumque agit, »ὡς Ἡρακλέα«, ait schol. »τραπέντα ἀνέῤῥωσεν ἡ Ἀθηνᾶ, οὕτω καὶ τὸν Ἀγησίδαμον ὁ Ἰόλας.« Ceterum quod summum est, in Herculis virtute facinorosos homines punientis describenda poetae consentiunt.

Haec si perpendimus, nanciscitur, opinor, coniectura mea, Cycnum Stesichori cum Scuto Herculis maximis coniunctum fuisse vinculis, aliquam probabilitatem, simulque veri similius redditur, in scholio Aldino Stesichori nomen neque corruptum neque falso additum esse. Quod si sumi potest, diutius ante quadragesimam Olympiadem carmen ortum sit necesse est.

Quod reliquum est, quicunque commemorantur heroes, indolem omnes et naturam ostendunt vere praeclaram, quae ut non potest legentem non allicere, ita antiquiorem prae se fert originem. De Hercule iam diximus, cuius vita Iovis consilio diis hominibusque salutem parat. Ut homines sceleratos odio et armis, ita pios amore persequitur. Iolaum enim poeta eximia laude exornavit, qui virum fortissimum in certaminibus maxime periculosis comitatur, adiuvat, exhortatur. Tum Ceyce quis esse potest praestantior? vs. 354 seq.

ὁ γὰρ δυνάμει τε καὶ αἰδοῖ
Τρηχῖνος προβέβηκε·

et 475

πολλὸς δ' ἠγείρετο λαός,
τιμῶντες Κήϋκα, φίλον μακάρεσσι θεοῖσιν.

Tanti regis filiam prudenter poeta Θεμιστονόην vocavit. Quid dicam de Amphitruone et Alcumena, quibus celebrandis initium carminis destinatum est? Creontem et Heniocham adeo, quos verbo tetigit,

non sine laude dimisit. Et ut nihil praeteream, Cycnus etiam, homo diis hominibusque pariter invisus, tamen summae fortitudinis fama non privatus est.

Itaque quantum ex fabularum indole et tractatione intelligitur, Scutum Herculis non recentissima aetate a fraudatore aliquo compositum, sed scriptum est ante Stesichorum a poeta, aliquo, antiquitatis sensu vere imbuto.

Genus autem dicendi non adversatur. Quod quum aequaliter ab Homero et Hesiodo pendeat, tamen neque huius laevitatem et dulce flumen, neque illius perfectionem consequutum est, sed saepius quam Hesiodi oratio assurgit, et nimio interdum quaesitoque ornatu Homeri exemplum relinquit. At licet descivisse hac via hanc epici carminis aetatem ab antiqua simplicitate confitendum sit, tamen virtulibus etiam splendet, quibus vel probatissimi Graecorum poetae uti posuissent. Comparationum exstat copia, quae singulae pulcherrimae reique quam describunt accommodatissimae, omnibus placerent, nisi altera alteram opprimerent. Quaecunque poeta enarrat vel describit, dilucida plerumque et copiosa, interdum vehemente dicendi ratione ornantur, nec lucido carent ordine. Exemplo esse potest Persei fugientis imago, 216—236, quae tam praeclare descripta est, ut vix cogitare possimus perfectiora. De numeris epici versus quid multa? de quibus Hermannus, testis locupletissimus, ita disserit Orph. p. 687. »Sequuta hanc aetatem (Homericam) alia, quam Homeridarum vel rhapsodorum appellabimus. — Huius generis tum Iliadis et Odysseae quaedam partes sunt, tum Hymni Homerici, — item Scutum Herculis, Hesiodo adscriptum.«

Addenda et Corrigenda.

p. 21, not. 1 post A E F add. »de quibus vid. p. 114 et 292 seqq.«
— 22, lin. 13. Pro ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ in F legitur, »ἐπιτιμᾶται Ἡσ.«
— 23, not. 1 extr. add. »cfr. p. 298 not. 3.«
— 28, not. 5 extr. add. »De Ariaetho Tegeate, historiarum scriptore, cuius nomen saepissime corruptelis obscuratum est, cf. Welker. Episch. Cycl. p. 67 not. 87 et Westermann ad G. I. Voss. de Historr. Gr. p. 399, not. 98.
— 30, not. 1, l. 2 leg. »91«
— 112, lin. 6. a fin. leg. »duo alios praeterea libros Parisienses, quorum alter ei simillimus est, quem«
— 114, lin. 6. a fin. del. »alius« et scrib. »eiusdem, ut videtur«
— 124, lin. 4 post M add. »O«
— 126, v. 24 del. »Z« et scr. »V«
— 127, lin. 15 add. »Spitzn. ad Il. II, 517«
— 130, v. 32, l. 1 post I t a add. »In A O Th. Mueller invenire sibi visus est τόθεν αὖθις«
— 133, v. 51 post »non ex T.« add. »Non male, cf. ad vs. 285«
— 134, v. 54, l. 6 pro F lege T
— 135, lin. 25 seqq. Errabam, quum haec de Schneidero scriberem. Eius verba haec sunt: V. 53 und 54 sehen mir eher als eingeschoben aus: denn κεκριμένην γενεήν ist ein Zusatz und eine Bestimmung, die ich nicht gern fahren lassen möchte« κεκριμένη γενεή cfr Pind. Ne. 6, 4.
— 150 »v. 78 Ἥρως, ὦ Ἰόλαε cfr Lobeck. ad Phrynich. p. 565«
— 153, v. 84 post L add. »ἅρματα S.«
— 166, v. 107 »εἰς O«, ut Th. Mueller legit.
— 169, l. 17 post K add. »L.«
ib. v. 118 add. »Ἰόλας pro Ἰόλαε L«
— 170, v. 121. »De voce ἀναστρωφᾶν cfr. Spitzn. Exc. ad Il. XIX, p. LXXXIV.
— 172, l. 4 post I M add. »ὃ' οἱ O.«
— 177, v. 143. Nunc διάπτυχες recipiendum duco cfr. p. 351, not. 31.
— 181, l. 7 post F I M add. »εἵλυτο O«
ib., l. 19 del. »quam — praetulit«
— 186, v. 158, l. 8 post »ann.« add. »cfr. Spitzn. ad Il. VI, v. 71.«
— 187, l. 4 scr. veram
ib., l. 5 scr. βέβρηχεν
ib., v. 161 add. »φατειῶν L«
— 191, v. 170, l. 7 »cfr. Spitzn ad Il. II, 93«
— 192, v. 172, l. 7 post »85« add. »Spitzn. ad Il. XI, 239«
— 195, v. 181 add. »Ταρήσιον H.«
— 201, l. 12 add. »διφρον ἐπεμβεβαώς« H.
— 202, v. 198, l. 5 »Spitzn. ad Il. II, 478 et Exc. XXIV, p. XLVIII.«

p. 204, v. 201 post ὧδ' ἦν add. »C«
— 207. De choro Deorum nunc ad eam sententiam veni, ut librorum scripturam ferri posse putem. Simpliciter omnia, sed quam brevissime describuntur. Primum χορὸς cum Apolline commemoratur; deinde locus, in quo χορὸς exstructus est (Ὄλυμπος), et deorum concilium cum summo rerum splendore, quibus cingitur; in fine Musae.
— 212, v. 218, l. 3 post B M S add. »T.«
ib., l. 15, post »164« add. »cfr. Spitzn. Exc. XIII, p. XXXIV.«
— 214, l. 1 post »docent« add. »cfr. Il. II, 709, ubi recte Spitzn. γε μὲν recepit.«
— 220, l. 3 post »describendos« add. »Docet ordo rerum enarratarum; a pedum enim strepitu poeta rem exorditur 231 et in fine de Gorgonum capitibus loquitur.«
— 223, v. 246 extr. add. »cfr. Il. III, 318, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον.«
— 227, v. 255 extr. add. »v. Spitzn. Exc. ad Il. XXXI, p. XCIV.«
— 233 extr. »δάκρυσι μυδαλέα, Soph. Electr. 167.«
— 245, v. 298. »De voce κάμαξε cfr. Lob. Phryn. p. 62«
— 246, v. 309 »cfr. Lehrs. quaest. epp. p. 168«
— 247, l. 5 a fin. scr. temere
— 250, l. 12 scr. Cant.
— 252, v. 321 extr. add. »cfr. Spitzn. ad Il. V, 249.«
— 254, v. 327 add. »De voce γενεῇ cfr. Spitzn. Exc. IX, p. X et de voc. τηλεκλειτός id. Exc. XI, p. XX.«
— 261, l. 8 post videtur. »Sed v. Spitzn. Exc. ad Il. XVIII, p. LXVI seqq., qui tamen p. LXVIII scholiastae verba corrigere non debebat. Is enim postquam discrimen vulgare exposuit, codicis scripturam sui indicat, contra illud discrimen peccantis.«
— 274, lin. ult. post ἀγροτέρου add. »L.«
— 277, v. 415, l. 6 post »416« add. »Docet Homerus Il. III, 348, VII, 259, XVII, 44, ubi vid. scholl. et interprett.«
— 285, v. 460 scr. γυμνωθέντα
— 365, l. ult. excidit: »500«

Gottingae, Typis Friderici Ernesti Huth.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 069929971